An. et vol. CXIV **3 Iunii 2022** **N. 6**

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico – Città del Vaticano – *Administratio*: Libreria Editrice Vaticana

ACTA FRANCISCI PP.

CONSISTORIA

Consistorium annuntiatur die XXVII mensis Augusti celebrandum pro novis Cardinalibus creandis.

Cari fratelli e sorelle,

sabato 27 agosto terrò un Concistoro per la creazione di nuovi Cardinali.

Ecco i nomi dei nuovi Cardinali:

1. S.E.R. Mons. Arthur Roche – Prefetto della Congregazione per il Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti;
2. S.E.R. Mons. Lazzaro You Heung-sik – Prefetto della Congregazione per il Clero;
3. S.E.R. Mons. Fernando Vérgez Alzaga, L.C. – Presidente della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano e Presidente del Governatorato dello Stato della Città del Vaticano;
4. S.E.R. Mons. Jean-Marc Aveline – Arcivescovo Metropolita di Marseille (Francia);
5. S.E.R. Mons. Peter Ebere Okpaleke – Vescovo di Ekwulobia (Nigeria);
6. S.E.R. Mons. Leonardo Ulrich Steiner, O.F.M. – Arcivescovo Metropolita di Manaus (Brasile);
7. S.E.R. Mons. Filipe Neri António Sebastião do Rosário Ferrão – Arcivescovo di Goa e Damão (India);
8. S.E.R. Mons. Robert Walter McElroy – Vescovo di San Diego (U.S.A);

9. S.E.R. Mons. Virgilio do Carmo da Silva, S.D.B., – Arcivescovo di Díli (Timor Orientale);

10. S.E.R. Mons. Oscar Cantoni – Vescovo di Como (Italia);

11. S.E.R. Mons. Anthony Poola – Arcivescovo di Hyderabad (India);

12. S.E.R. Mons. Paulo Cezar Costa – Arcivescovo Metropolita dell'Arcidiocesi di Brasília (Brasile);

13. S.E.R. Mons. Richard Kuuia Baawobr, M. Afr. – Vescovo di Wa (Ghana);

14. S.E.R. Mons. William Seng Chye Goh – Arcivescovo di Singapore (Singapore);

15. S.E.R. Mons. Adalberto Martínez Flores – Arcivescovo Metropolita di Asunción (Paraguay);

16. S.E.R. Mons. Giorgio Marengo, I.M.C. – Prefetto Apostolico di Ulaanbaatar (Mongolia).

Insieme ad essi unirò ai membri del Collegio Cardinalizio:

1. S.E.R. Mons. Jorge Enrique Jiménez Carvajal, C.I.M. – Arcivescovo Emerito di Cartagena (Colombia);

2. S.E.R. Mons. Lucas Van Looy, S.D.B. – Vescovo Emerito di Gent (Belgio);

3. S.E.R. Mons. Arrigo Miglio – Arcivescovo Emerito di Cagliari (Italia);

4. Rev.do Padre Gianfranco Ghirlanda, S.I. – già Rettore della Pontificia Università Gregoriana;

5. Rev.do Mons. Fortunato Frezza – Canonico di S. Pietro.

Preghiamo per i nuovi Cardinali, affinché, confermando la loro adesione a Cristo, mi aiutino nel mio ministero di Vescovo di Roma per il bene di tutto il Santo Popolo fedele di Dio.

Roma, 29 maggio 2022.

LITTERAE DECRETALES

I

Quibus beato Carolo de Foucauld Sanctorum honores decernuntur.

FRANCISCUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

« Universalis Frater. Hoc elegi nomen ut significarem me eorum esse fratrem, fratrem quidem cuiusque hominis, nullo excepto vel abstracto » (beatus Carolus de Foucauld).

Beatus Carolus de Foucauld, sicut in Litteris encyclicis *Fratres omnes* memoravimus, "suum ipse propositum direxit ad totum se Deo committendum, cum ultimis se aequando, in alto Africae deserto relictis. In illa rerum condicione sua studia ostendebat quemlibet hominem sentiendi fratrem, atque ex amico quaerebat: « Deum orate ut revera ipse sim frater omnium ». Voluit tandem esse « universalis frater ». Sed solummodo ultimis se aequando", ut Divini Salvatoris ostenderet benignitatem ac salutaria praecepta, quae ad omnes gentes spectant ac singulos quidem homines ubique in orbe terrarum qui nunc sunt, utpote cum apud Deum non sit acceptio personarumque praelatio ulla neque detrimentum "frater omnium est factus" (cfr n. 287).

Die XV mensis Septembris anno MDCCCLVIII ex ferventi christiana familia Argentorati natus est. Sex annos natus parentes amisit. Carolus eiusque soror Maria materno avo sunt commissi. Ingenio praestans, novarum rerum studiosus, religionis dubitatione victus est ac positivismo illius aetatis vigente. Mature, ad eius verba, fidem reliquit et mundi vitae suavitates absque lege conquisivit, ex quibus inquietus evasit. Anno MDCCCLXXVI beatus Carolus Scholam Saint-Cyr praepositorum militibus est ingressus. Viginti annos natus praepositi munus adeptus, in Algeriam missus, sese abdicavit Marochium exploraturus. Muslimorum fide detecta, interius veritate conquisita, Huvelin presbytero adiuvante, rursus ad christianam fidem aestimandam revocatus est. Sub finem mensis Octobris anno MDCCCLXXXVI Lutetiam Parisiorum se

contulit atque in templo Sancti Augustini apud eundem presbyterum sua confessus est peccata et ad sacram Eucharistiam accessit. Haec conversio, quae aliquandiu latuit, integra ac definita facta est. Totus renovatus, sacra Eucharistia Sacraque Scriptura sustentatus, beatus Carolus de Foucauld tum intellexit "nihil aliud se facere posse nisi ut Deo viveret", eique totam suam vitam consecraret. Tres per annos Carolus de Foucauld rationem quaesivit intellegendi ac suam vocationem re adimplendi ut Deo se totum traderet. Iesum Pauperem imitari voluit "novissimum locum" eligentem. Post in Terram Sanctam peregrinationem (annis MDCCCLXXXVIII-MDCCCLXXXIX) Nazarethanum mysterium detexit, quod cardo usque fuit eius spiritalitatis. Institutum Trappense Dominae Nostrae a Nivibus in Francogallia est ingressus atque nonnullos post menses in Syriam missus est ad Trappensem Familiam Dominae Nostrae a Sacro Corde, ubi septem annos est commoratus, sed extrema ibidem non reperiens quae optabat, quaesivit Trappense Institutum relinquere. Carolus Nazareth se contulit, famulus factus Clarissarum (annis MDCCCXCVII-MCM). Per famulatum, humillimum opus, Evangelium meditatum coram Tabernaculo "humilem absconditamque divini operarii Nazarethani vitam exigere studuit, sicut parvus Iesu frater inter Mariam et Ioseph. Certitudine roboratus "nihil tantum in terris Deum glorificare quantum sacrae Eucharistiae praesentiam et oblationem", die IX mensis Iunii anno MCMI presbyteralem ordinationem Vivarii in Francogallia recepit. Anno MCMI Marochii ad fines, in Algeriam, ut "fidei donum ante litteram", se contulit atque inservire statuit Praefecto Apostolico Domino Guérin, in oasi vivens Beni-Abbés (annis MCMI-MCMIV). Ibidem cunctis hominibus, quos conveniebat, Christum deferre contendit "non per verba, sed per SS. Sacramenti praesentiam, Divini Sacrificii oblationem, precationem, paenitentiam, evangelicas virtutes exercitas, caritatem, caritatem quidem fraternam et universalem". Eremum constituit, atque minutas sibi, ut monacho, indidit normas. Sed, cum omnes illos qui eius ianuam pultabant recipere cuperet, eremum a mane usque ad vesperas in "alvearium" convertit. Scripsit: "Omnes incolas, christianos, muslimos, iudaeos instituere volo ut me suum fratrem respiciant, fratrem utique universalem. Domum vocare incipiunt "fraternitatem" et hoc magnopere placet". Marochii finibus interclusis, ad Tuareg stirpem se contulit atque anno MCMV in media Sahara, in loco Tamanrasset, incolere coepit. Pauper inter pauperes, suae vocationi propter fidelitatem absconditam Iesu Nazareth vitam imitandi, Carolus inter illos parvus factus

est, ut Dei vultum revelaret, qui est Amor: "Ad invicem nos cum diligimus, sicut Iesus dilexit nos, omnibus animabus salus affertur, quod nostrae vitae est opus, fundendo, si necesse est, nostrum sanguinem pro omnibus, sicut Iesus fecit". Amor eum impulit ut, complures annos, ex amicitia ac bonitate in eos aetatem exigeret, eorum loquelam discens, consuetudines ac mores, usque ad vitam tradendam, die I mensis Decembris anno MCMXVI, a praedonibus interemptus.

Decessor Noster Benedictus XVI die XIII mensis Novembris anno MMV eum beatum reuntiavit. Canonizationis causa eventus quidam mirus est ponderatus, qui die XXX mensis Novembris anno MMXVI accidit, paucis horis ante Kalendas Decembres, cum Beati memoria celebrabatur; centum annis post quam ad caelum natus est, in Gallica urbe Salmurii. Dioecesana Inquisitio a die XXX mensis Novembris anno MMXVII ad diem VII menis Iunii anno MMXVIII acta est. Medici Consultores Dicasterii, in Congressu die XIV mensis Novembris anno MMXIX, ad scientiam inexplicabile vitatum periculum declaraverunt. In Congressu peculiari, die XVIII menis Februarii anno MMXX, Consultores theologi Beato id tribuerunt et Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione ordinaria die XII mensis Maii anno MMXX coadunati, hunc eventum verum miraculum iudicarunt. Nos Ipsi die XXVI subsequentis mensis Maii facultatem fecimus ut Congregatio de Causis Sanctorum de miraculo Decretum ederet. In sollemni Consistorio, die III mensis Maii anno MMXXI, statuimus ut canonizationis ritus Romae, in Petriano foro, die XV mensis Maii MMXXII celebraretur.

Hodie igitur in foro Petriano inter sollemnia hanc pronuntiavimus formulam:

Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Titum Brandsma, Lazarum dictum Devasahayam, Caesarem de Bus, Aloisium Mariam Palazzolo, Iustinum Mariam Russolillo, Carolum de Foucauld, Mariam River, Mariam Franciscam a Iesu Rubatto, Mariam a Iesu Santocanale et Mariam Dominicam Mantovani Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Clarus hic vir diligentem ostendit spiritalem progressum, Christi eiusque Ecclesiae dilectionem atque insignia dedit pietatis testimonia. Dum illius conspicimus vitam, ad altiorem usque imitationem Salvatoris incitamur atque viam ad sanctitatem et proprii status perfectionem prosequendam invitamur.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, Laterani, die quinto decimo mensis Maii, anno Domini bis millesimo vicesimo altero, Pontificatus Nostri decimo.

EGO FRANCISCUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Leonardus Sapienza, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 561.893

II

Quibus beato Aloisio Mariae Palazzolo Sanctorum honores decernuntur.

FRANCISCUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

«Quaero equidem et colligo ... quo quispiam non pervenit, quaedam efficere, ut possum, contendo».

Haec sunt verba quae totam vitam apostolicamque operam designant beati Aloisii Mariae Palazzolo. Ipsius sanctitatis fructus usque ad nos perveniunt, variis in mundi partibus. Eius familia funditus fuit christiana, nominatim mater, quae vidua propter viri immature mortuum, Aloisium docuit virtutem et in Deum proximumque amorem, cum esset usque ad obitum primum efficaciusque subsidium filii, presbyteri facti bonumque operantis. In bono, feraci agro, sanctitatem ferente, prima medietate saeculi XIX, exstitit Clerus urbis ac dioecesis Bergomensis: series insignium presbyterorum altam propter spiritalitatem, vitam sanctam, praeclaram culturam, plenam Ecclesiae fidelitatem. Beatus Palazzolo suam sacerdotalem vitam apostolicamque incohavit intra illius nempe temporis spatium, quod terra bona haberi potest, ex qua copiosum alimentum sumpsit ad suam sanctitatem et ad apostolicum fructum consequendum.

Die X mensis Decembris anno MDCCCXXVII Bergomi natus est, in paroecia Sancti Alexandri in Columna. Patre orbatus, inde a pueritia valetudinarium ac privatas domos petebat, pauperes infirmos invisurus. Ludos litterarum ac gymnasium publicum urbis frequentavit. Alumnus externus ab anno MDCCCXLIV philosophiae ac theologiae curricula absolvere coepit atque die XXIII mensis Iunii anno MDCCCL sacerdos est ordinatus. Extemplo decrevit ut operam daret iuvenibus in Oratorio Foppae colendis, in frequentissimo ac pauperrimo paroeciae loco posito. Apud Oratorium vespertinam scholam constituere censuit, ubi operarii et agricolae pauperes atque illiterati necessario instituerentur. Ab Alexandro Valsecchi, eius spiritali moderatore, incitatus, se dicavit proinde iuvenibus feminis quoque spiritaliter curandis,

recipiens iuvansque Piae Operae S. Dorotheae incrementum. Suam ipsius capsam pro feminarum Oratorio adhibuit. Teresiam Gabrieli, unam ex magistris Piae Operae, aptam repperit suo proposito, quae nocte die XXII mensis Maii anno MDCCCLXIX, post diutinam orationem ac sacram Eucharistiam, vota paupertatis, castitatis et oboedientiae, plenae adhaesionis Sanctae Sedi eiusque Pastoribus, pauperum curandorum, potissimum iuvenum nuncupavit. Eadem vespera in novam domum puellam ipsa duxit, quam sex ante menses ei Palazzolo commiserat: pupilla erat, derelicta, delumbis, plagis plena. Paucis diebus post Aloisius, Roma petita rogatu spiritalis Moderatoris, Exercitiorum spiritalium tempore, plenae paupertatis desiderium animadvertit, atque postquam Bergomum redierat, omnia pro pauperibus vendidit. In oppido Torre Boldone, in domo adhuc sua, atque in loco Lallio, pupillos recepit, agricolarum filios, quos tres agricolae et posthac Fratres S. Familiae secuti sunt, quibus quoque regulam dedit. Teresiae Gabrieli mature se addiderunt aliae iuvenes et Institutum prolatum est Vicetiam, Brixiam versus et alio, usque iuvenum feminarum, pupillorum periculis omnis generis expositorum, cholera affectorum in beneficium. Sub anni MDCCCLXXXV finem in peius versa est Aloisii valetudo. Subsequenti mense Ianuario aegrotavit. Graviter ex corde laborabat, cui erysipelas addita est, acerbior quidem, quae totum corpus pervasit quodque ulceratum reddidit. Praeter corporis dolores, sollicitabatur de debitis, opere carente, magni pretii alimentis, paucis eleemosynis, ac de ampla familia sustineda. Sororum Pauperum normae, quas ipse condiderat, dioecesanae auctoritati Bergomensi anno MDCCCLXXXV sunt subiectae atque die XII mensis Maii anno MDCCCLXXXVI ab Episcopo Caietano Camillo Guindani sunt comprobatae, qui pluries eum invisit. In agonia factus, hora prima et viginti momentis elapsis diei XV mensis Iunii anno MDCCCLXXXVI obiit. Congregatio Pauperum pauperioribus inservire perrexit, se in Italiam diffundens atque in Congum, Costam Eburneam, Malavium, Burkinam Fasanam, Keniam, Brasiliam et Peruviam pervenit.

Grandia Aloisii funera et signorum praedicatione manifestam sanctitatis famam in Dei Populo ostenderunt, quae effecit ut Archiepiscopus Bergomensis beatificationis canonizationisque Causam incoharet, quae apud Cu-

riam Bergomensem annis MCMXIII-MCMXXI est celebrata; quae cum ex alternis vicibus ac funestis eventibus alterius belli mundani tardata esset, die XX mensis Novembris anno MCMLVIII apud Romanam dicionem est producta. Decreto de virtutibus, heroum in modum exercitis, die XV mensis Iulii anno MCMLXII edito atque duobus miraculis, intercessioni Dervi Dei adscriptis, comprobatis, die XIX mensis Martii anno MCMLXIII Decessor Noster sanctus Ioannes XXIII eum in Beatorum catalogum rettulit. Canonizationis causa sanatio quaedam, mira existimata, est ponderata. Dioecesana Inquisitio a mense Octobri anno MMXVII ad mensem Februarium anno MMVIII est constituta. Medici Consultores Congregationis de Causis Sanctorum, in congressione die XXVIII mensis Februarii anno MMXIX talem sanationem ad scientiam inexplicabilem iudicarunt. In Congressu peculiari die IV mensis Iunii anno MMXIX Consultores Theologi hanc intercessioni beati Palazzolo tribuerunt, atque, in Sessione ordinaria, die XXIX mensis Octobris anno MMXIX, Patres Cardinales et Episcopi hanc sanationem verum miraculum agnoverunt, quae evenit per intercessionem beati Aloisii Palazzolo, instanter invocati. Nos Ipsi die XXVIII mensis Novembris anno MMXIX facultatem fecimus ut Decretum super miraculo ederetur. Tandem in Consistorio, die IV mensis Martii anno MMXXII habito, statuimus ut canonizationis ritus die XV mensis Maii anno MMXXII a Nobis celebraretur.

Hodie igitur in foro Petriano inter sollemnia hanc pronuntiavimus formulam:

Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Titum Brandsma, Lazarum dictum Devasahayam, Caesarem de Bus, Aloisium Mariam Palazzolo, Iustinum Mariam Russolillo, Carolum de Foucauld, Mariam Rivier, Mariam Franciscam a Iesu Rubatto, Mariam a Iesu Santocanale et Mariam Dominicam Mantovani Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, Laterani, die quinto decimo mensis Maii, anno Domini bis millesimo vicesimo altero, Pontificatus Nostri decimo.

EGO FRANCISCUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Leonardus Sapienza, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 562.999

CONSTITUTIO APOSTOLICA

SANCTI HIERONYMI TERRAEBONAE - MONTIS LAUREI

In Canada dioeceses Sancti Hieronymi Terraebonae et Montis Laurei in unam ac novam circumscriptionem ecclesiasticam uniuntur.

FRANCISCUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

ad perpetuam rei memoriam

Per stultitiam Crucis eminentem Iesu Christi scientiam doceamus Dei gregem (cfr *Miss. Rom.*, die 1 iunii: *collecta*), servantes fideles in nomine Dei et sanctificantes eos in veritate (cfr *Io* 17, 12.19), atque attendamus universo gregi, in quo positi sumus episcopos pascere ecclesiam Dei, commendantes eum Verbo gratiae divinae, quod potens est aedificare et dare hereditatem in sanctificatis omnibus (*Act* 20, 28.32). Quibus admoti sensibus, dum in singularum Ecclesiarum utilitatum studium incumbimus, mentem Nostram ad necessitates dilectorum christifidelium Ecclesiae quae est in Canada convertimus, ac potissimum dioecesium Sancti Hieronymi Terraebonae et Montis Laurei, hactenus in persona Episcopi unitarum, Excellentissimi Domini Raimundi Poisson, cuius postulationi benigne concedentes, ut, hodiernis spiritualibus socialibusque et culturalibus peculiaribus adiunctis mature perpensis, eaedem dioeceses, collatis consiliis Collegiorum Consultorum et Consiliorum Presbyteralium, plene uniantur et, coniuncto territorio dioecesium duarum, una exinde ac nova circumscriptio ecclesiastica erigatur.

Prosperis in diffundendo Evangelio caventes progressibus, suadente Dicasterio pro Episcopis propensoque praehabito voto omnium quorum interest, preces ad Nos admotas animarum saluti valde profuturas censuimus libentesque decrevimus excipiendas et, idoneis obtentis sententiis Venerabilis Fratris Ioannis Jurkovič, Archiepiscopi titulo Corbaviensi et Apostolici Nuntii in Canada, atque Venerabilium Fratrum Pauli Andreae Durocher, Archiepiscopi Metropolitae Gatinensis, et Christiani Lépine, Archiepiscopi Metropolitae Marianopolitani, atque Coetus Episcoporum Regionis Quebe-

censis, necnon Conferentiae Episcoporum Catholicorum Canadensis, preces ad Nos admotas suscipiendas mandamus.

Proinde, ad animarum saluti aptius providendum, Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, statuimus ac decrevimus, ut dioeceses Sancti Hieronymi Terraebonae et Montis Laurei, hactenus respective archidioecesium Marianopolitanae et Gatinensis suffraganeae, in unam ac novam coalescant ecclesialem communitatem, Sancti Hieronymi Terraebonae - Montis Laurei nuncupandam, integris servatis territoriis quae nuncusque ad utramque dioecesim pertinebant, nihil immutatis territoriis paroeciarum iam existentium adnexisque omnibus institutis ecclesiasticis cum suis bonis atque iuribus ad unamquamque dioecesim nunc sic coniunctam spectantibus, ad normam can. 121 Codicis Iuris Canonici vigentis, eidemque eundem Venerabilem Fratrem Raimundum Poisson, nominantes Episcopum, cunctis consentaneis iuribus et privilegiis concessis secundum leges ecclesiasticas.

Sedem novae sic coniunctae dioecesis, quam statuimus Metropolitanae Ecclesiae Marianopolitanae suffraganeam eiusque Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi pro tempore eiusdem Ecclesiae Metropolitanae subiectum, in urbe Hieronymopolitana decernimus, cuius cathedralis ecclesiae ibi iam exstantis, Deo in honorem Sancti Hieronymi dicatae, confirmamus dignitatem, eodem tempore templo in civitate Montis Laurei sub nomine Dominae Nostrae *de Fourvière* exstanti titulum ecclesiae concathedralis tribuentes.

Una posthac volumus amodo sit Curia Episcopalis, sicut et Tribunal Ecclesiasticum, Collegium Consultorum, Consilium Presbyterale, Consilium Pastorale atque Officia apostolatus et alia quaelibet instituta dioecesana iure canonico praevisa. Cetera vero secundum normas Codicis Iuris Canonici aliaque ecclesiasticarum legum praescripta temperentur.

Sacerdotes et diaconi, qui hucusque unicuique ex duabus circumscriptionibus ecclesiasticis nunc unitis incardinati erant, ipso facto adscripti censeantur novae dioecesi ex hac unione exortae.

Ad haec omnia perficienda praefatum Nuntium Apostolicum deputamus vel, eo a sede absente, negotiorum Sanctae Sedis in Canada pro eo gerentem, necessarias et opportunas iisdem tribuentes facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Dicasterium pro Episcopis, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Hanc, denique, Constitutionem Nostram iugiter ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, Laterani, die primo mensis Iunii, anno Domini bismillesimo vicesimo secundo, Pontificatus Nostri decimo.

PETRUS card. PAROLIN
Secretarius Status

MARCUS card. OUELLET
Praefectus Congregationis pro Episcopis

Leonardus Sapienza, *Proton. Apost.*
Franciscus Piva, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 569.167

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servo Dei Ioanni Fornasini Beatorum honores decernuntur.

FRANCISCUS PP.

Ad perpetuam rei memoriam. — «Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. [...] Si me persecuti sunt, et vos persequentur [...]. Sed haec omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum, qui misit me» (*Io* 15, 18.20-21).

Admonitio Iesu ad Apostolos qui eum in via salutis fideliter secuti sunt, corona gloriae Venerabili Servo Dei Ioanni Fornasini, presbytero archidioecesis Bononiensis facta est. Ipse fidelis Christo mansit, cui vitam dicavit cuiusque vultum dolentem in pauperibus et in victimis belli agnovit.

Ortus est in loco v.d. Pianaccio Lizzani Bellaevisionis (Bononiae), die XXIII mensis Februarii anno MCMXV ab Angelo et Maria Guccini. Baptizatus est in paroeciali ecclesia loci v.d. Pianaccio et in vico suo natali duo prima curricula ludi litterarii frequentavit. Confirmationem recepit die XIV mensis Iulii anno MCMXXIV. Familia eius anno MCMXXV Balneos Porrectae, hodie Thermas Porrectanas migravit. Ludis primariis absolutis, scholam elementorum mercatoriorum frequentavit apud collegium v.d. "Albergati". Porrectae Ioannes vocationem sacerdotalem ad maturitatem perduxit. Mense Octobri seminarium Burgi Capannarum v.d. Borgo Capanne ingressus est. Deinde feliciter studia persolvit, primum apud Seminarium Archiepiscopale in *Villa Revedin* postea apud Pontificium Seminarium Regionale Bononiae. Ordinationem diaconalem recepit ab Ioanne Baptista Cardinali Nasalli Rocca die VII mensis Iunii anno MCMXLI et curioni paroeciae sancto Thomae dicatae loci v.d. Sperticano veluti coadiutor destinatus est. Sacerdos ab eodem Ioanne Baptista Cardinali Nasalli Rocca die XXVIII mensis Iunii anno MCMXLII ordinatus est necnon die XXI insequentis mensis Iulii parochus in loco v.d. Sperticano nominatus est. Operam suam pastoralem navare

incepit difficili tempore bellico, magnum ministerii zelum ostendens, quod variis in actibus caritatis, bonitatis et firma in sollicitudine erga eius paroecianos effectum est. Diligentiam etiam in ambitu educationis ostendit cum scholam elementariam in oppido aperiret. Anno MCMXLIII post gravem pyrobolorum coniectionem Bononiae, in domo paroeciali profugos accipiebat et birota perveniebat quocumque fuit necessitas adiuvandi senioribus confratribus sacerdotibus et auxilium ferendi plurimis vulneratis. Cum prima acies exercituum perveniret ad limina eius paroeciae, ille suum ministerium pastorale studiosius reddidit, pluribus in occasionibus, ullo sine metu, sese praestans uti relator et defensor populi coram exercitu occupantium, forti animo dulcique assiduitate plurimis eventibus necnon periculosis casibus occurrens. A mense Maio anni MCMXLIV Venerabilis Servus Dei, periculum despiciens, operam dedit interfectorum in proelio bellico benedicendo et sepeliendo. Ipse, discriminis appropinquantis conscius, testamentum suum die VIII mensis Septembris anno MCMXLIV exaravit. In tragicis adiunctis caedis nazistarum fascistarum inter dies XXIX et XXX mensis Septembris in territorio Montis Solis peractae, operae populo succurrendi omnibus modis possibilibus se tradidit. Venerabilis Servus Dei iam spiritaliter fuit paratus ad martyrium. Apertio eius erga dona Spiritus Sancti, fides eius in Eucharistiam, fiducia eius in divinam Providentiam, oratio eius continua ad fortitudinem conservandam in difficultatibus et cruciatibus, testimonium desiderii eius ad perfectionem et sanctitatem adipiscendam praebent. Die VIII mensis Octobris quidam homines ex manipulis custodiae nazistarum v.d. SS violenter occupaverunt domum paroecialem in loco v.d. Sperticano habitaculum sibi ex eo facientes. Vespere XII mensis Octobris ut violentiam adversus duas iuvenes illic profugas impediret, festam ab occupantibus paratam participavit, odium militum sibi comparans. Mane XIII mensis Octobris anno MCMXLIV ab officiali nazistarum residenti in domo paroeciali, missus est eum sequi in locum Sancti Martini de Caprara. Ordinem exsequiarum et aspersorium ad mortuos benedicendos secum deferens, Venerabilis Servus Dei solus semita ad montem ducentem profectus est. Ad locum destinationis cum pervenisset, reverendus dominus Ioannes Fornasini necatus est a hominibus ex manipulis custodiae nazistarum v.d. SS, qui toto territorio Montis Solis praesederunt et gubernaverunt. Mors Venerabilis Servi

Dei fuit lenta et crudelis. Corpus eius derelictum post sacellum coemeterii Sancti Martini ubi, bello ad finem adducto, a fratre suo Aloisio repertum est. Reliquiae corporis eius in sepulcro ad tempus in coemeterio loci v.d. Sperticano depositae sunt. Die XIII mensis Octobris anno MCMXLV, scilicet die anniversario eius occisionis, secundum dispositionem Ioannis Baptistae Cardinalis Nasalli Rocca, corpus in cornu Evangelii altaris Beatae Virginis Perdolentis in ecclesia Sancti Thomae tumulatum est.

Investigatio dioecesana super vita, virtutibus et fama sanctitatis apud Curiam ecclesiasticam Bononiensem ab anno MCMXCVIII ad annum MMXI peracta est. Eius iuridica validitas agnita est a Congregatione de Causis Sanctorum decreto die XIII mensis Decembris anno MMXIII evulgato. Consecuta permutatione lemmatis in Causam *Super Martyrio*, die XXIX mensis Maii anno MMXVIII Congressus Consultorum Historicorum affirmativam protulit sententiam et coadunatus Cogressus Theologorum die X mensis Decembris anno MMXIX votum positivum item edidit. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria die XIX mensis Ianuarii anno MMXXI professi sunt reverendum dominum Ioannem Fornasini in odium fidei interfectum esse. Ideo Nos Ipsi die XXI mensis Ianuarii anno MMXXI facultatem fecimus ut Congregatio de Causis Sanctorum Decretum super martyrio promulgaret ac statuimus insuper ut Beatificationis ritus Bononiae (in Italia) die XXVI mensis Septembris anno MMXXI celebraretur.

Hodie igitur ex mandato Nostro, Marcellus S.R.E. Cardinalis Semeraro, Praefectus Congregationis de Causis Sanctorum, Apostolicas legit Litteras quibus Nos Venerabilem Dei Servum Ioannem Fornasini in Beatorum catalogum rettulimus.

Nos, vota Fratris Nostri Matthaei Mariae S.R.E. Cardinalis Zuppi, Archiepiscopi Metropolitae Bononiensis necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabilis Servus Dei Ioannes Fornasini, sacerdos dioecesanus, martyr, pastor secundum cor Christi, sedulus caritate, qui gregem in periculo non dereliquit sed usque ad sanguinis effusionem eum defendit, Beati nomine in posterum appelletur atque die decima tertia mensis Octobris

quotannis in locis et modis iure statutis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Quod autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, Laterani, sub anulo Piscatoris, die XXVI mensis Septembris, anno MMXXI, Pontificatus Nostri nono.

De mandato Summi Pontificis
PETRUS Card. PAROLIN
Secretarius Status

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 546.291

II

Venerabili Dei Servae Mariae Antoniae Samà caelitum Beatorum tribuitur dignitas.

FRANCISCUS PP.

Ad perpetuam rei memoriam. — «Confiteor tibi, Pater, Domine caeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis» (*Mt* 11, 25).

Venerabilis Serva Dei Maria Antonia Samà, quamvis admodum infirma, in lecto amplius sexaginta annos cubans, magna suavitate ac tranquillitate tulit condicionem illorum parvulorum ac simplicium, quibus Dei Amoris Crucifixi revelatur mysterium. Cum Christo patiens Deique gratia suffulta, docuit propriam patientem exsistentiam fide ac spe dirigi posse, etiam cum haec nullum videatur alium habere exitum quam desperationem. Eius casula gurgustiolum, ubi ianua semper aliis recipiendis patuit, domicilium fuit solidarietatis, spei et caritatis, in quibus bonae omnes vires eliciebantur "parvae societatis agrestis" Sancti Andreae ad Ionium, conversae, prope Venerabilem Servam Dei, in locum verae evangelizationis, per evangelicum nuntium diffusum, precationem potissimum Marialem, Eucharistiam cotidie receptam, necessitatem enuntiatam sese cum Christo coniungendi, sicut palmitem ad vitem, ad fructum ferendum. Crucifixa cum Crucifixo ac postulationibus ac proximi necessitatibus patens, ipsa dedit operam Ecclesiae humanaeque societati aedificandae, duobus mundanis bellis ictae, suam per orantem silentemque testificationem, suam per continuatam immolationem, suam per Providentiae fiduciam ac per suam ad Deum commissionem.

Sancti Andreae ad Ionium Catacii die II mensis Martii anno MDCCCLXXV a Brunone et Maria Anna Vivino nata est. Cum de eius vita timeretur, statim die III mensis Martii in loci paroecia est baptizata. Circiter anno MDCCCLXXXII primum ad sacram Eucharistiam accessit et ad illius temporis translaticias consuetudines Confirmationis sacramentum recepit. Puella, sana ex corpore ac spiritu, ludebat et aeque ac ceteri aequales currebat, docilis ac matri obtemperans, mature viduae factae, et cum ea operabatur ad proprium victum comparandum. Anno MDCCCLXXXVI, XI annos nata, rure regrediens, postquam ex limoso stagno aquam hausit, probabiliter inquinatam, dolores

incommodaque animadvertit, quibus incognitis, de obsessione cogitatum est, etiam eo quod inquieta videbatur. Haec condicio sex annis permansit. Baronissa Henrica Scoppa, paupertati puellae matrisque liberaliter subveniens, liberationis viam quaesivit atque mense Iunio anno MDCCCXCIV effecit ut puella umeris imposita in Cartusiam Serrae Sancti Brunonis deferretur ad exorcismum agendum. Hic parochus loci Amaroni liberationis precationes incohavit, quas plus quam quinque horas Cartusiae Prior produxit una cum cuncta communitate coram busto reliquiario sancti Brunonis. Maria Antonia animadvertit se tandem esse sanatam et bustum Sancti amplexa est, perinde ac per se eum videret. Duobus circiter annis bona fuit valetudo, sed anno MDCCCXCVI denuo lecto est detenta, supina, genibus erectis. Incepit sic cruciatus aegrae lecto affixae, quae res usque ad mortem permansit, quamque primum mater, deinde aliae personae, ac spiritaliter parochus necnon Patres Congregationis Sanctissimi Redemptoris ac Sorores reparatrices a Sacro Corde iuverunt, quae, mortua matre, effecerunt ut semper femina quaedam ei assideret. Circiter anno MCMXV Serva Dei privatim vota religiosa in manibus Antistitae sororum Reparatricum, matris Piae Napoli, parocho benedicente, pronuntiavit. Ex illo tempore capiti impositum semper nigrum velum usque ad mortem gestavit. Idcirco ab omnibus est vocata *monachula sancti Brunonis*. Facta est illius loci hominibus usque magis spiritalis testificatio et prudens consiliaria: incitamento fuit oblationis precationisque, conversionis ac solidarietatis. Hoc in cruciatu corporis ac spiritus, caelestis Pater sua agendi ratione ac Spiritus Sancti donis ad plenam cum Christo Crucifixo conformationem eam perduxit. Sanctitatis fama inter homines diffundi coepta est, mirantes exemplarem rationem, qua Maria Antonia se ad Dei voluntatem conformabat, assiduam precationem, proclivitatem ad immolationem, tranquillitatem ac subrisum, necnon eius recipiendi facultatem, consolationem ac consilium praebendi cunctis visitantibus. Sancti Andreae incolae, post matris obitum die XXIV mensis Februarii anno MCMXX, necessaria victualia ei afferebant, quae vicissim cum indigentibus communicabat. Sic fide, spe ac tranquillitate crucem gestavit, omnia quae habebat participans cum aliis. Die XXVII mensis Maii anno MCMLIII hora X obiit, Crucifixum contuens contra lecti parietem pendentem ac Iesu et Mariae pronuntians nomen.

Sanctitatis fama perstante, die V mensis Augusti anno MMVII Inquisitio dioecesana incohata est in paroeciali templo Sancti Andreae ad Ionium, quae

die II mensis Martii anno MMIX ad finem adducta est. Cum Congregatio de Causis Sanctorum postulasset ut novae testificationes et alia documenta de sanctitatis fama afferrentur, die XX mensis Octobris anno MMXI, dioecesana Inquisitio suppletiva agi coepta est, quae die XXXI mensis Ianuarii anno MMXII ad finem est perducta. Per Decretum die IX mensis Iunii anno MMXII eadem Congregatio Inquisitionum validitatem agnovit. Positione comparata, Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, die XXI mensis Iunii anno MMXVI disceptavit felici cum exitu an Serva Dei heroicum in modum virtutes excoluisset. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria die V mensis Decembris anno MMXVII idem iudicarunt. Nos Ipsi die XVIII mensis Decembris anno MMXVII facultatem fecimus ut Congregatio de Causis Sanctorum congruum Decretum evulgaret. Beatificationis causa asserta mira sanatio exhibita est, quam Medici Consultores Congregationis de Causis Sanctorum die XIII mensis Iunii anno MMXIX ad scientiam inexplicabilem declaraverunt. Theologi Consultores die XXIX mensis Octobris anno MCMXIX Venerabilis Servae Dei Mariae Antoniae Samà intercessionem agnoverunt atque die V mensis Maii anno MMXX Patres Cardinales e Episcopi hanc sanationem verum miraculum iudicarunt. Nos Ipsi die X mensis Iulii anno MMXX facultatem fecimus ut Congregatio de Causis Sanctorum Decretum de miraculo ederet ac statuimus insuper ut beata die III mensis Octobris anno MMXXI una cum Venerabili Dei Serva Caietana (Nuccia) Tolomeo Catacii Italiae proclameretur.

Hodie igitur, ex mandato Nostro, Marcellus S.R.E. Cardinalis Semeraro, Praefectus Congregationis de Causis Sanctorum, Apostolicas legit Litteras quibus Nos in Beatorum catalogum rettulimus Venerabiles Dei Servas Mariam Antoniam Samà et Caietanam Tolomeo (vulgo appellatam Nucciam).

Nos, vota Fratris Nostri Vincentii Bertolone, S.d.P., Archiepiscopi Metropolitae Catacensis - Squillacensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servae Dei Maria Antonia Samà, laica, quae, divina gratia sustenta, crucem suae infirmitatis amplexa est, participans dolores Calvariae et gloriam Resurrectionis necnon Caietana Tolomeo (vulgo appellata: Nuccia) quae fidenter suam immobilitatem corporis accipiens, virtutem caelestis consolationis experta est et doloris lamentum in canticum Domini convertit Beatarum nomine in posterum appellentur atque altera

die vicesima septima mensis Maii, altera die undevicesima mensis Aprilis quotannis in locis et modis iure statutis celebrari possint. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Quod autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, Laterani, sub anulo Piscatoris, die III mensis Octobris, anno MMXXI, Pontificatus Nostri nono.

De mandato Summi Pontificis
PETRUS Card. PAROLIN
Secretarius Status

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 548.253

HOMILIA

Pro Canonizatione X Beatorum.*

Abbiamo ascoltato alcune parole che Gesù consegna ai suoi prima di passare da questo mondo al Padre, parole che dicono che cosa significa essere cristiani: «Come io ho amato voi, così amatevi anche voi gli uni gli altri».[1] Questo è il testamento che Cristo ci ha lasciato, il criterio fondamentale per discernere se siamo davvero suoi discepoli oppure no: il comandamento dell'amore. Fermiamoci sui due elementi essenziali di questo comandamento: l'amore di Gesù per noi – *come io ho amato voi* – e l'amore che Lui ci chiede di vivere – *così amatevi gli uni gli altri*.

Anzitutto *come io ho amato voi*. Come ci ha amato Gesù? Fino alla fine, fino al dono totale di sé. Colpisce vedere che pronuncia queste parole in una notte tenebrosa, mentre il clima che si respira nel cenacolo è carico di emozione e preoccupazione: emozione perché il Maestro sta per dare l'addio ai suoi discepoli, preoccupazione perché annuncia che proprio uno di loro lo tradirà. Possiamo immaginare quale dolore Gesù portasse nell'animo, quale oscurità si addensava sul cuore degli apostoli, e quale amarezza vedendo Giuda che, dopo aver ricevuto il boccone intinto dal Maestro per lui, usciva dalla stanza per inoltrarsi nella notte del tradimento. E, proprio nell'ora del tradimento, Gesù conferma l'amore per i suoi. Perché nelle tenebre e nelle tempeste della vita questo è l'essenziale: Dio ci ama.

Fratelli, sorelle, che questo annuncio sia centrale nella professione e nelle espressioni della nostra fede: «non siamo stati noi ad amare Dio, ma è lui che ha amato noi».[2] Non dimentichiamolo mai. Al centro non ci sono la nostra bravura, i nostri meriti, ma l'amore incondizionato e gratuito di Dio, che non abbiamo meritato. All'inizio del nostro essere cristiani non ci sono le dottrine e le opere, ma lo stupore di scoprirsi amati, prima di ogni nostra risposta. Mentre il mondo vuole spesso convincerci che abbiamo valore solo se produciamo dei risultati, il Vangelo ci ricorda la verità della vita: *siamo*

* Die 15 Maii 2022.

[1] *Gv* 13, 34.

[2] *1 Gv* 4, 10.

amati. E questo è il nostro valore: *siamo amati*. Così ha scritto un maestro spirituale del nostro tempo: «prima ancora che qualsiasi essere umano ci vedesse, siamo stati visti dagli amorevoli occhi di Dio. Prima ancora che qualcuno ci sentisse piangere o ridere, siamo stati ascoltati dal nostro Dio che è tutto orecchie per noi. Prima ancora che qualcuno in questo mondo ci parlasse, la voce dell'amore eterno già ci parlava».[3] Lui ci ha amato per primo, Lui ci ha aspettato. Lui ci ama, Lui continua ad amarci. E questa è la nostra identità: amati da Dio. Questa è la nostra forza: amati da Dio.

Questa verità ci chiede una conversione sull'idea che spesso abbiamo di santità. A volte, insistendo troppo sul nostro sforzo di compiere opere buone, abbiamo generato un ideale di santità troppo fondato su di noi, sull'eroismo personale, sulla capacità di rinuncia, sul sacrificarsi per conquistare un premio. È una visione a volte troppo pelagiana della vita, della santità. Così abbiamo fatto della santità una meta impervia, l'abbiamo separata dalla vita di tutti i giorni invece che cercarla e abbracciarla nella quotidianità, nella polvere della strada, nei travagli della vita concreta e, come diceva Teresa d'Avila alle consorelle, "tra le pentole della cucina". Essere discepoli di Gesù e camminare sulla via della santità è anzitutto lasciarsi trasfigurare dalla potenza dell'amore di Dio. Non dimentichiamo il primato di Dio sull'io, dello Spirito sulla carne, della grazia sulle opere. A volte noi diamo più peso, più importanza all'io, alla carne e alle opere. No: il primato di Dio sull'io, il primato dello Spirito sulla carne, il primato della grazia sulle opere.

L'amore che riceviamo dal Signore è la forza che trasforma la nostra vita: ci dilata il cuore e ci predispone ad amare. Per questo Gesù dice – ecco il secondo aspetto – «come io ho amato voi, *così amatevi anche voi gli uni gli altri*». Questo *così* non è solo un invito a imitare l'amore di Gesù; significa che possiamo amare solo perché Lui ci ha amati, perché dona ai nostri cuori il suo stesso Spirito, lo Spirito di santità, amore che ci guarisce e ci trasforma. Per questo possiamo fare scelte e compiere gesti di amore in ogni situazione e con ogni fratello e sorella che incontriamo, perché siamo amati e abbiamo la forza di amare. Così come io sono amato, posso amare. Sempre, l'amore che io compio è unito a quello di Gesù

[3] H. Nouwen, *Sentirsi amati*, Brescia 1997, 50.

per me: "*così*". *Così* come Lui mi ha amato, così io posso amare. È così semplice la vita cristiana, è così semplice! Noi la rendiamo più complicata, con tante cose, ma è così semplice.

E, in concreto, che cosa significa vivere questo amore? Prima di lasciarci questo comandamento, Gesù ha lavato i piedi ai discepoli; dopo averlo pronunciato, si è consegnato sul legno della croce. Amare significa questo: *servire* e *dare la vita*. *Servire*, cioè non anteporre i propri interessi; disintossicarsi dai veleni dell'avidità e della competizione; combattere il cancro dell'indifferenza e il tarlo dell'autoreferenzialità, condividere i carismi e i doni che Dio ci ha donato. Nel concreto, chiedersi "che cosa faccio per gli altri?" Questo è amare, e vivere le cose di ogni giorno in spirito di servizio, con amore e senza clamore, senza rivendicare niente.

La CAL no está llamada a ser una aduana, que controla cosas de Latinoamérica o la dimensión hispánica de Canadá y Estados Unidos, no. Su existencia como instancia de servicio está justificada por la peculiar identidad y fraternidad que vivimos las naciones de América Latina. La CAL es un organismo de la Curia Romana, parte integrante del Dicasterio de los Obispos, que cuenta con dos laicos como secretarios –varón y mujer ahora–, a quienes he pedido que, desde su experiencia y perfil personal, de manera complementaria, nos ayuden a todos a generar nuevas dinámicas y nos desinstalen un poquito de algunos de nuestros usos y costumbres

[5] *Ibídem*, 12.

clericales, tanto aquí en la Curia como en todo lugar en el que existan comunidades latinoamericanas. No olvidemos que el clericalismo es una perversión "quietista" Y en este sentido la CAL debe ayudar a caminar. No protagonizar, ayudar a caminar para no convertirse en una instancia clerical.

La CAL, a través de todos sus miembros, debe promover lo más ampliamente posible la verdadera sinodalidad. Comunión sin sinodalidad fácilmente puede prestarse a cierto fijismo y centralismo indeseable. Sinodalidad sin comunión puede llegar a ser populismo eclesiástico. No las dos cosas juntas. La sinodalidad nos debe conducir a vivir más intensamente la comunión eclesial, en la que la diversidad de carismas, vocaciones y ministerios se integran armoniosamente animados por un mismo bautismo, que nos hace ser hijos en el Hijo, a todos. Tengamos cuidado del protagonismo unipersonal y apostemos por sembrar y animar procesos que permitan que el pueblo de Dios, que camina en la historia, pueda participar más y mejor en la común responsabilidad que todos tenemos de ser Iglesia. Todos somos pueblo de Dios. Todos somos discípulos llamados a aprender y a seguir al Señor. Todos somos corresponsables del bien común y de la santidad de la Iglesia.

Agradezco la presencia de Ustedes y encomiendo los trabajos durante esta Plenaria a la Virgen Santa María de Guadalupe, Madre mestiza del "verdaderísimo Dios por Quién se vive".[6]

Y, por favor, no se olviden de rezar por mí.

[6] A. Valeriano, *Nican Mopohua*, trd. M. Rojas, Ideal, México 1978, n. 26.

CHIROGRAPHUM

Opus fundatum Pontificium «Scholas Occurrentes» ad Consociationem Privatam Fidelium indolis internationalis evehitur.

Scholas occurrentes nace de sus raíces en los programas “Escuela de Vecinos” y “Escuelas Hermanas” desarrollados en la Ciudad de Buenos Aires, por iniciativa del entonces Arzobispo, Cardenal Jorge Mario Bergoglio y crece continuamente, siendo hoy una inmensa red mundial de escuelas que comparten sus bienes, teniendo objetivos comunes, con especial atención a los de menores recursos.

Adquiriendo personalidad jurídica de derecho civil, en España, como Fundación, sin fines de lucro, y extendiéndose rápidamente en más de setenta países, en los cinco continentes, conforme a los cánones 1303, § 1, 1°, 116, § 1 y 118, fue reconocida corno “fundación pía autónoma” de derecho pontificio y erigida como persona jurídica privada (cf. can. 116, § 2) dentro del ordenamiento canónico, en la Solemnidad de la Asunción de la Santísima Virgen María, el 15 de agosto del año 2015.

Teniendo en cuenta que la Fundación Pontificia Scholas Occurrentes hoy sigue expandiendo su benéfica acción y estructurándose como una comunidad de comunidades y un movimiento educativo de carácter internacional, requiere una nueva forma jurídica acorde a esta nueva realidad.

Haciéndome eco del pedido madurado por sus Fundadores, expreso mi aprobación para que la *Fundación Pontifiçia Scholas Occurrentes* pase a ser una *Asociación Privada de Fieles de carácter internacional* en conformidad con los cánones 298-311 y 321-329, erigida como persona jurídica privada dentro del ordenamiento canónico, de acuerdo al canon 322, § 1.

Dicha Asociación se rige por los Estatutos anexos, los cuales quedan aprobados por el presente Quirógrafo y forman parte del mismo. Tales Estatutos entran en vigor a partir del 19 de marzo de 2022, y a partir de esa fecha todos los derechos y obligaciones de la *Fundación Pontificia Scholas Occurrentes* tienen perfecta continuidad como derechos y obliga-

ciones de la nueva *Asociación privada de Fieles de carácter internacional Scholas Ocurrentes*.

Todo cuanto establece el presente Quirógrafo tiene plena validez y eficacia, no obstante cualquier disposición contraria.

Dado en la Ciudad del Vaticano, en la Solemnidad de San José, el 19 de marzo de 2022, décimo de pontificado.

FRANCISCO

SECRETARIA STATUS

Decretum Generalis: Dispositiones de discrimine pandemiae imminuto.

DECRETO GENERALE

il Sig. Cardinale Segretario di Stato

– visti i Decreti Generali del 28 settembre 2021, del 23 dicembre 2021, del 20 aprile 2022 e del 6 maggio 2022, emanati da questa Segreteria di Stato;

– viste le Ordinanze del Presidente della Pontificia Commissione dello Stato della Città del Vaticano N. CDXXXIX del 18 settembre 2021 e N. DXIII del 25 maggio 2022, in materia di emergenza sanitaria pubblica;

– considerato l'attenuarsi dell'emergenza pandemica, anche in deroga alla normativa vigente,

dispone quanto segue

1) è consentito l'ingresso ai Dicasteri, Organismi ed Uffici che compongono la Curia Romana e alle Istituzioni Collegate con la Santa Sede senza l'obbligo del possesso delle certificazioni previste all'art. 1 dell'Ordinanza N. CDXXXIX del Presidente della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano *in materia di emergenza sanitaria pubblica* del 18 settembre 2021;

2) l'obbligo del possesso del cosiddetto "Green Pass rafforzato" (da vaccinazione e/o guarigione) valido permane per il Corpo della Guardia Svizzera Pontificia;

3) nei luoghi chiusi e in caso di assembramento è fortemente raccomandato l'uso dei dispositivi di protezione individuale delle vie respiratorie, mentre permane l'obbligo di osservanza delle prescrizioni sanitarie relative all'igienizzazione delle mani e all'aerazione frequente degli ambienti e la loro sanificazione periodica. La Direzione di Sanità e Igiene potrà, di volta in volta, disporre eventuali limitazioni temporanee per esigenze di salute e sicurezza nei luoghi di lavoro;

4) il personale della Curia Romana e delle Istituzioni Collegate con la Santa Sede che sia stato a contatto diretto con persona positiva:

– se non vaccinato, potrà rientrare al posto di lavoro dopo l'isolamento fiduciario di dieci giorni, previo test antigenico finale negativo;

– se vaccinato, può accedere, in regime di autosorveglianza, al posto di lavoro con obbligo di uso del dispositivo di protezione individuale delle vie respiratorie di tipo ffp2 in tutti i luoghi chiusi.

5) il presente Decreto, promulgato mediante *L'Osservatore Romano*, sarà pubblicato anche nel commentario ufficiale degli *Acta Apostolicae Sedis* e sarà valido fino al 30 settembre 2022, fatta salva ogni ulteriore determinazione.

Dal Vaticano, 1° giugno 2022

PIETRO CARD. PAROLIN
Segretario di Stato

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

BONONIENSIS

Beatificationis seu Declarationis Martyrii Servi Dei Ioannis Fornasini, Sacerdotis dioecesani (†13.X.1944)

DECRETUM SUPER MARTYRIO

«Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. (...) Si me persecuti sunt, et vos persequentur. (...) Haec omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum, qui misit me» (*Io* 15, 18.20-21).

Bononiensis Archidioecesis, quae in saeculis multiplicibus sanctitatis testimoniis est exhornata, secundi totius mundi belli necnon nazistarum occupationis annis a Servo Dei Ioanne Fornasini insigne immortaleque caritatis in Christum ac in Evangelium fidelitatis monumentum suscepit.

Servus Dei in pago v.d. *Pianaccio di Lizzano in Belvedere* die 23 mensis Februarii anno 1915 natus baptizatusque est. Seminarium in vico v.d. *Borgo Capanne* ingressus est, dein Archiepiscopale Seminarium Bononiense et Pontificium Seminarium Regionale Flaminium frequentavit. Una cum aliquibus comitibus, se ad invicem adiuvaturos voverunt in adversis et ut in vocationem perseverarent. Die 28 mensis Iunii anno 1942 presbyter ordinatus est. Primum vicarius parochi Sancti Thomae in pago v.d. *Sperticano* nominatus, anno 1942 eidem succedit. Haud communi zelo, constanti fortitudine heroicoque animo eminuit. Birota usus, omnibus in necessitatibus versatis, cuicumque rei publicae factioni adhaerentibus, adpropinquabat. Parochus non iam triginta annorum, cunctas misericordiae operas exercuit, prorsus videlicet senioribus aegrotisve presbyteris auxilium praestabat, domo

orbatis hospitium offerebat, sauciatis succurrebat, abiectos consolabatur, populum defendebat, specialem syngraphum adeptus est ut cadavera infodere posset, omnibus Divinae Providentiae signum obtuilit. Aliquando a militibus inquisitionem facientibus prehensus, cum aliis presbyteris expeditus est. Autumni tempore anni 1944 quaedam manus nazistarum eius paroecialem domum occupaverunt. Paucis post diebus ne duorum feminarum pudicitia expugnaretur impedit, ita ut militum odium sibi ultra conflaret. Mane die 13 mensis Octobris anno 1944 quidam ductor ut ecclesiam Sancti Martini v.d. *di Caprara* peteret vocavit eum ad cadavera aliquot benedicenda. Servus Dei, se periclitari conscius, matrem suam omnesque dissuadentes eum non curavit. Ibi atrociter interfectus est. Vespere eodem die, cum presbyterum occidissent, milites laetabantur. Extincto bello tantum, corpus a fratre eius inventum est atque in *Sperticano* apte sepultum, ubi exuviae eius paroecialem intus ecclesiam hodie custodiuntur.

Tali modo Servus Dei cunctam fidei caritatisque vitam martyrio consignavit. Ad imitandum Dominum non tantum verbo operibusque sed et vitae sacrificio vocatus est. Saevitas, qua trucidatus est, odium militum erga hunc iuvenem hominem Dei testatur, qui in Christi Ecclesiaeque nomine violentiae iniustitiaeque obstitit atque fidelitate, industria ac mansuetudine Evangelii vim nuntiabat.

Testificationes, historica documenta, sed maxime martyrii fama, qua nex eius circumdata est, Servi Dei Causam Beatificationis seu Declarationis martyrii incipi persuaserunt. A die 18 mensis Octobris anno 1998 ad diem 20 mensis Novembris anno 2011 iuxta Curiam ecclesiasticam Bononiensem Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius decretum de iuridica validitate haec Congregatio de Causis Sanctorum die 13 mensis Decembris anno 2013 edidit. Positione exarata, Consultorum Historicorum iudicio die 29 mensis Maii anno 2018 est subiecta. Inde, consuetas secundum normas, an Servi Deiu verum fuisset martyrium disceptatum est. Adfirmativo cum exitu, die 10 mensis Decembris anno 2019 Peculiaris Consultorum Theologorum Congressus habitus est. Patres Cardinales et Episcopi, die 19 mensis Ianuarii anno 2021 Ordinaria in Sessione congregati, Servum Dei ob fidem suam in Christum ac in Ecclesiam necatum esse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de martyrium eiusque causa Servi Dei Ioannis Fornasini, Sacerdotis dioecesani, in casu et ad effectum de quo agitur*.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 21 mensis Ianuarii a. D. 2021.

Marcellus Card. Semeraro
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Fabius Fabene
Archiep. tit. Faliscodunensis, *a Secretis*

CORDUBENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Cosmae Muñoz Pérez, Sacerdotis dioecesani, Fundatoris Congregationis Filiarum a Patrocinio Sanctae Mariae (1573-1636)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Iesus (...) dicit matri: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua» (*Io* 19, 26-27).

Devotio erga Virginem Sanctam totum Servi Dei Cosmae Muñoz Pérez vitae vocationisque iter denotavit. Qui, vero sacerdotali corde, non tantum vir Dei sincerum habitum virtuosum coluit sed etiam pulcherrimum Ecclesiae vultum ostendit, quae, sicut mater, filios filiasque custodit atque defendit. Itaque se plurimis sanctitatis testimoniis, quibus saeculis XVI et XVII Hispania est exornata, adiunxit.

Servus Dei in pago v.d. *Villar del Rio*, a Soria haud longe, vere anno 1573 natus est. Die 19 mensis Aprilis eiusdem anni est baptizatus et bonam institutionem christianamque doctrinam suscepit. Sedecim annorum aetate, parentium assensu, militiam Malacae incepit. Tenuis tamen valetudo eius, qua subinde correptus est, postea coegit eum ut ab armis discederet. Paulo spatio etiam vitam perditam duxit. Eodem tempore autem Virgini Victoriarum, Malacae patronae, se ad sanitatem perductum vitam in Deo ministrandum positurum promisit. Itaque, post sanationem, sua bona impertivit et petivit Cordubam ad vitam franciscalem inchoandam. Locis in conventu carentibus, haud est receptus. Sic, quodam religioso Societatis Iesu moderatore, qui et confessarius eius factus est, ad presbyterium dioecesanum se conferre statuit. Philosophiam et theologiam didicit, quorumdam puerorum puellarumque fuit praeceptor atque anno 1607 Arundae, in Malacae provincia, sacro presbyteratus Ordine est auctus.

Illis annis plurima paupertatis genera conspexit, quibus praesertim indigentes puellae pupillaeque laborabant. Inde auxilium institutionemque earum navare decrevit, quod etiam Episcopus Cordubensis ab anno 1609 ei munus commisit. Circa domos stipem rogare incepit, quaproter et ludibrio contemptuique multis erat. Magistros secum traxit ad institutionem earum

atque locum aptum aedificandum providit. Ita collegium ad pupillas est ortum, cui dein ecclesia Nostrae Dominae a Pietate est adnixa. Servus Dei et institutum Ancillarum a Pietate condidit, quo congregatio Filiarum a Patrocinio Sanctae Mariae saeculo xx est genita, in Hispaniae et Americae Latinae regionibus hodie pervagata. Inter plurima pastoralia officia, confessarii munere in Cordubensi paroecia Sancti Petri est functus.

Quodam societatis culturaeque mutationis tempore, Servus Dei intellectus et gratiae dona, quibus Dominus vitam eius adornavit, fructifera reddere valuit. Sacerdotium suum fidei alitae oratione, spei et operis pro iustitia, caritatis in Deum et in proximum continens fuit exercitium. Parvulioribus egenioribusque adiuvandis tradidit se, quibus mundi largique animi divitias praebuit. Coram rebus difficilioribus vel adversariis quibusdam fortem et perseverantem se assidue ostendit. Humilitatem et temperantiam servavit, serenitatem et laetitiam, quas in Virgine Maria praecipue intuebatur.

Die 3 mensis Decembris anno 1636 Deo animam reddidit. Urbs Cordubensis singulariter eum adhuc reverita est, adeo ut memoria eius progrediente tempore clara sanctitatis fama fieretur.

Eandem propter perdurantem famam, Servi Dei Causa Beatificationis et Canonizationis est instructa. A die 27 mensis Maii anno 2014 ad diem 1 mensis Octobris anno 2016 Inquisitio dioecesanam apud Curiam ecclesiasticam Cordubensem est celebrata, cuius iuridica de validitate haec Congregatio de Causis Sanctorum die 16 mensis Decembris anno 2016 per decretum adfirmative est locuta. Positio confecta est, Consultorum Historicorum iudicio quoque subiecta die 9 mensis Aprilis anno 2020. Consuetas iuxta normas est inde disceptatum an Servus Dei christianas virtutes exercuisset heroico in gradu. Fausto cum exitu, die 15 mensis Octobris anno 2020 Peculiaris Consultorum Theologorum Congressus habitus est. Patres Cardinales et Episcopi, Ordinaria in diei 16 mensis Martii anno 2021 Sessione congregati, Servum Dei theologales, cardinales, iisque adnexas virtutes heroico more excoluisse sunt professi.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate*

tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia iisque adnexis in gradu heroico Servi Dei Cosmae Muñoz Pérez, Sacerdotis dioecesani, Fundatoris Congregationis Filiarum a Pietate Sanctae Mariae, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 17 mensis Martii a. D. 2021.

Marcellus Card. Semeraro
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Fabius Fabene
Archiep. tit. Faliscodunensis, *a Secretis*

KIKUITENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Annel Virae Ossoli (in saeculo: Caelestis), Congregationis v.d. «Suore delle Poverelle – Istituto Palazzolo» (1936-1995)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam quis ponat pro amicis suis» (*Io* 15, 13).

Charismate adtracta beati Aloisii Mariae Palazzolo, qui sorores suas adhortatus erat ut "aegrotorum ministerium navarent (...) tempore quoque contagionum", Serva Dei Annelvirae Ossoli (in saeculo: Caelestis) vitam ad egenos adiuvandos impendit: sorores infirmas, homines graviter aegrotantes, matres parientes. Gaudium contagiosum assiduaque laetitia apostolatum eius praestantiorem reddidere, quem et christianae virtutes clarum atque feracem fecerunt.

Serva Dei Urceis Veteribus, infra Brixiam et Cremam, die 26 mensis Augusti anno 1936 nata est. Domus et schola, paroecia et oratorium loca fuerunt in quibus adulevit atque est instituta. Usque ad septem et decem annorum aetatem in parva illius pagi taberna patrem auxilio laboris adiuvit, deinde magna cupiditate Congregationem v.d. *"Suore delle Poverelle"* Bergomi est ingressa. Die 2 mensis Aprilis anno 1956 professionem religiosam emisit ac missa est Romam, ubi aegrorum ministrae diploma necnon testificationem iuris nosocomarum operis regendi est adepta.

Duos per annos ad senioribus cuiusdam hospitii Mediolanensis adsidendum tradidit se, postea missionis vocationi fervore respondit. Ad Congum est profecta anno 1961 ac sex annos inter aegrotos valetudinarii oppidi v.d. *Kikwit* operata. Tabe confecta, Italiam rediit, quo loco obstetricia arte percalluit. Denuo in Congum restituta, in valetudinarii puerperarum parte opus fecit apud vicum v.d. *Kingasani*, quod frequens angustumque suburbium erat Kinshasae. In oppido v.d. *Kikwit* communitatis antistitae functa est munere. Genuum difficultates eam ut rotali sella uteretur necnon chirurgica sectio obeunda in Italiam rediret coegerunt. Oppidum v.d. *Kikwit* repetivit, deinde in vicis v.d. *Tumikia* et *Kingasani* vixit. Provincialis antistita religiosarum

Congregationis v.d. *"Suore delle Poverelle"* quae in Africa operabantur est electa. Cum de Servae Dei Floralbae Rondi aliarumque sororum Servarum Dei, hodie omnium Venerabilium, infirmitate certior facta esset, diuturno itinere suscepto, iis adstitit easque curavit, quamquam conscia esset se de vita demicare.

Viva fide Serva Dei tum religiosae statum tum nosocomae opus perfecit. In laborantibus cunctis enim Christum agnoscebat. Ardenti interiore vita precationeque sustinebatur. Ipsa infirmitatis crucem est passa, quam spe ac fortitudine excipere Dominoque pro bono populi, ad quem erat missa, semper offerre valuit. Prudentia ac mansuetudo alacrem vero antistitam eam persolverunt. Ingentem fiduciam in Providentiam colebat et in aliis quoque excitabat. Vitam religiosam cupiebat ac provehebat pacem.

Ipsa etiam Ebolaviro adfecta, die 23 mensis Maii anno 1995 decessit. Omnes virtutum eius viventis latitudinem agnoscebant, tamquam eam post obitum increbescenti circumdederunt sanctitatis fama.

Hac ipsa fama Servae Dei Causa Beatificationis et Canonizationis est incepta. Inter annum 2013 et annum 2015 Inquisitiones dioecesanae apud Curiam ecclesiasticam Kikuitensem atque Inquisitiones rogatoriales apud Curiam ecclesiasticam Bergomensem celebratae sunt. Quarum decretum iuridica de validitate ab hac Congregatione de Causis Sanctorum est die 12 mensis Iunii anno 2015 editum. Positione exarata, an Serva Dei in gradu heroico virtutes christianas excoluisset consuetas secundum normas est disceptatum. Die 25 mensis Iunii anno 2020 Theologi Consultores votum adfirmativum protulerunt. Patres Cardinales et Episcopi, in diei 16 mensis Martii anno 2021 Ordinaria Sessione congregati, professi sunt Servam Dei theologales, cardinales iisque adnexas virtutes heroum in modum exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia iisque adnexis in gradu heroico Servae Dei Annelvirae*

Ossoli (in saeculo: Caelestis), Congregationis v.d. "Suore delle Poverelle – Istituto Palazzolo", in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 17 mensis Martii a. D. 2021.

Marcellus Card. Semeraro
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Fabius Fabene
Archiep. tit. Faliscodunensis, *a Secretis*

KIKUITENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Vitarosae Zorza (in seculo: Mariae Rosae), Congregationis v.d. « Suore delle Poverelle – Istituto Palazzolo » (1944-1995)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Confiteor tibi, Pater, Domine caeli et terrae, quod abscondisti haec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis; etiam, Pater, quia sic placuit ante te » (*Lc* 10, 21).

Serva Dei Vitarosa Zorza (in saeculo: Maria Rosa) agnoscebat se tam pusillam et pauperculam, quam a Deo dilectam. Egeni atque indigentes caritatem Dei per eam sunt experti. Eadem humilitate et navitatem ad supremum caritatis actum pervenit, videlicet vitam posuit sororibus adsidens – sicut beatus Aloisius Maria Palazzolo scripsit – "tempore quoque contagionum".

Serva Dei die 9 mensis Octobris anno 1943 Palosci, non longe a Bergomo, ortum duxit. Iuveni matre, tertium annum agens, orbata est atque, una cum sex fratribus suis, ab avia paterna curata. Cum pater matrimonium alterum inivisset et duos alios liberos habuisset, minimorum fratrum, matre eorum saepe infirma, curam egit. Post litterarum ludum peractum, opus incepit. Ad vocationis suum discrimen complendum, nonnullo spatio apud Baretiense valetudinarum ad mente captos sanandos opus praebuit, ubi aliquot religiosae Congregationis v.d. *"Suore delle Poverelle"* aegrotis adsidebant. Quarum Congregationem Serva Dei ingressa est atque die 25 mensis Martii anno 1969 professionem religiosam emisit. Mediolani, Turri Boldonum ac Barentii est operata, atque eodem tempore facta est nosocoma uniusque valetudinarii partis praeses et seniorum cura percalluit. Studiorum arduis laboravit, Africam uti missionaria ad pueros aegrotos curandos eundi spe sustenta. Ter se proficisci posse postulavit, quod anno 1982 ei est permissum. Decem per annos in Zaire aegrotantes homines puerosque haud satis alitos curavit in oppido v.d. *Kikwit* et in vico v.d. *Kingasani*. Tametsi omnes gravissima ob pericula, in quibus erat versatura, dehortarentur, a

suburbio Kinshasae profecta est et oppidum v.d. *Kikwit* petivit, ubi Sorores Ebolaviro confectas curam praestavit.

Cuncta Servae Dei dies erat magni studii atque laboris. Omni vespere coram Crucifixo orans diu morabatur. Eucharistiam cupiebat et Virginem Mariam diligebat. Ita fide vim trahebat ad caritatis apostolatum quod perficiebat. Incommodis ac iacturis roborata, diu noctuque se egenis promptam ostendebat, quibus ministrando continenter laeta sedulaque erat. Fratrum Africanarum spes tam fatigata fulta est Servae Dei virtutis exemplo, quae se usque ad finem pro aliorum bono impendit. Eadem caritas impellit eam ne sorores Ebolaviro adfectas in oppido v.d. *Kikwit* solas relinqueret.

Cum quibus conviventi et ei contagio ingruit. Hanc ob rem die 28 mensis Maii anno 1995 obiit. Quae propter opera sua iam in vita magni existimata erat, post mortem vera sanctitatis fama est circumdata.

Hac fama usque increbrescente, Servae Dei Causam Beatificationis et Canonizationis statutum est instrui. Ab anno 2013 ad annum 2015 apud Curiam ecclesiasticam Kikuitensem Inquisitiones dioecesanae necnon apud Curiam ecclesiasticam Bergomensem Inquisitiones rogatoriales sunt celebratae, quarum iuridicam validitatem haec Congregatio de Causis Sanctorum per decretum diei 12 mensis Iunii anno 2015 agnovit. Positio inde edita est, dein consueto more est disceptatum an Serva Dei christianas virtutes heroico in gradu excoluisset. Theologi Consultores die 25 mensis Iunii anno 2020 positive sunt locuti. Patres Cardinales et Episcopi, die 16 mensis Martii anno 2021 Ordinaria in Sessione congregati, Servam Dei theologales, cardinales iisque adnexas virtutes heroicum in modum exercuisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia iisque adnexis in gradu heroico Servae Dei Vitarosae*

Zorza (in saeculo: Mariae Rosae), Congregationis v.d. "Suore delle Poverelle – Istituto Palazzolo", in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 17 mensis Martii a. D. 2021.

Marcellus Card. Semeraro
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Fabius Fabene
Archiep. tit. Faliscodunensis, *a Secretis*

KIKUITENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Danielangelae Sorti (in seculo: Annae Mariae), Congregationis v.d. «Suore delle Poverelle – Istituto Palazzolo» (1947-1995)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Domine, tu omnia scis, tu cognoscis quia amo te» (*Io* 21, 17).

Serva Dei Danielangela Sorti (in saeculo: Anna Maria) caritatem Dei vitae suae religiosaeque vocationis rationem putavit. Qua ipsa exortae sunt studium et ministerium quod perficit, quia – sicut Sancta Teresia Abulensis scripsit – "caritas caritatem postulat". Ipsa caritas tamen eius obitus ratio quoque facta est, cum vitam offerret "tempore contagionum", uti beatus Aloisius Maria Palazzolo sui Instituti Sorores petivit.

Serva Dei die 15 mensis Iunii anno 1947, in Bergomensi vico "Lauretum" nuncupatum, est nata. Extrema erat tredecim liberorum, quorum septem tantum superfuerunt. Inter aetatem octo et aetatem undecim annorum, mors ei patrem, matrem et fratrem Tharsicium eripuit. Coquinatione inde et domus curatione fratres adiuvabat. Adulescentiae tempore propositum vitae consecratae assecuta est, at propinqui omnia quidem fecerunt ut ei obstarent. Necesse fuit sententia tribunalis minorum necnon interventus parochi, ut Serva Dei Congregationem v.d. *"Suore delle Poverelle"* ingredi posset, ubi die 29 mensis Septembris anno 1968 religiosam professionem emisit. Mediolani opus apud hospitium seniorum praestavit, nosocoma professione facta est atque cura seniorum percalluit. Decem post religiosae vitae annis, ut ad Zairem proficisceretur eam est postulatum. In pago v.d. *Mosango* ad phthisicos et pueros non satis alitos curandos se tradidit, in vico v.d. *Kikimi* inter octoginta milia incolas illius perpauperis Kinshasae suburbii vixit, in vico v.d. *Tumikia* in extrema rerum exiguitate est operata. Ubilibet Serva Dei bonum faciebat et, vires perseveranter impendens ad pacem etiam et iustitiam provehendam, solacium omnium afferebatur.

Cum iam Ebolavirus vulgatus esset atque Congregationis v.d. *"Istituto Palazzolo"* primas religiosas confecisset, Serva Dei ad oppidum v.d. *Kikwit* profecta est, ne una tantum illarum sine curatione moreretur. Statim ut pervenisset, ad opus faciendum cuncta nocte vigilavit. Et illa sola nox satis fuit, ut ipsa quoque contagione adficeretur.

Serva Dei iam a iuventute dubium habuit an vocaretur ad vitam contemplativam, cum fides suum religiosum sensum imbueret et ipsa ferventi caritate in Deum redundaret. Diu precabatur, nocturno tempore saepe. In pauperibus atque aegrotantibus vultum Christi perspiciebat, qui erat ei Sponsus Crucifixus. Spem summam et fiduciam in Providentiam colere et excitare valebat, in rebus difficilioribus quoque. Sui religiosae status paupertate oboedientiaque oculos suos in aeternitatem defixos patefaciebat. Itaque continenter virtutum testimonium praebuit, quod valuit non tantum vocationem eius religiosam perficere, sed etiam eandem quadam clara sanctitatis fama circumfundere. Die 11 mensis Maii anno 1995 obiit.

Illa sanctitatis fama minime umquam imminuente, Servae Dei Causa Beatificationis et Canonizationis est instructa. Inter annum 2013 et annum 2015 celebratae sunt Inquisitiones dioecesanae apud Curiam ecclesiasticam Kikuitensem necnon Inquisitiones rogatoriales apud Curiam ecclesiasticam Bergomensem, quas haec Congregatio de Causis Sanctorum die 12 mensis Iunii anno 2015 de iure validas decrevit. Positione exarata, consuetas secundum normas an Serva Dei heroico in gradu christianas virtutes exercuisset est disceptatum. Die 18 mensis Iunii anno 2020 Consultores Theologi adfirmative responderunt. Die 16 mensis Martii anno 2021 Patres Cardinales et Episcopi, Ordinaria in Sessione congregati, professi sunt Servam Dei heroico modo virtutes theologales, cardinales iisque adnexas excoluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia iisque adnexis in gradu heroico Servae Dei*

Danielangelae Sorti (in saeculo: Annae Mariae), Congregationis v.d. "Suore delle Poverelle – Istituto Palazzolo", in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 17 mensis Martii a. D. 2021.

Marcellus Card. Semeraro
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Fabius Fabene
Archiep. tit. Faliscodunensis, *a Secretis*

CEPHALUDENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Mercurii Mariae Teresi, Archiepiscopi Montis Regalis (1742-1805)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Beatus vir, qui (...) in lege Domini voluntas eius, et in lege eius meditatur die ac nocte. Et erit tamquam lignum plantatum secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo; et folium eius non defluet, et omnia, quaecumque faciet, prosperabuntur » (*Ps* 1, 1.2-3).

Ardenti cupiditate pro Deo vivendi altoque suo apostolico zelo, Servus Dei Mercurius Maria Teresi verum sanctitatis testimonium praebuit. Quo duae insignis Trinacriae Ecclesiae laetatae sunt: Dioecesis Cephaludensis, in qua natus est, et Archidioecesis Montis Regalis, quae eum pastorem habuit.

Servus Dei nam Monte Maiore ortus est die 10 mensis Octobris anno 1742 ac eodem die est sacro fonte lustratus. Familia eius maxime erat religioni devota, adeo ut iam aliquos membros sacerdotes factos in se enumeraret. Inter quos, duo patrui magni momenti fuerunt ad religiosam Servi Dei institutionem. Panormi didicit apud Collegium Maximum, a patribus Societatis Iesu gestum, dein Seminarium Cephaludense ingressus est ut iter ad sacros Ordines perficeret. Presbyter factus est Politii die 21 mensis Septembris anno 1765. Episcopus Cephaludensis voluit eum magistrum et seminarii alumnorum formatorem. Qui tamen, post unum tantum sacerdotii annum, novitiatum inchoare optavit Societatis Iesu, qui Sicilia anno 1767 vero est expulsa. Servus Dei dioecesim suam rediit ac nominatus est in Cephaludensi Seminario spiritualis moderator et theologiae moralis magister. Amplius evangelizationis opus etiam inchoavit, per praedicationem missionum ad populum in plurimis Siciliae civitatibus. Volumina aliquot de theologia et spiritualitate scripsit, necnon orationis devotionisque libellos. Praedicationis eius meritis, Archiepiscopus Panormitanus Capituli Metropolitani eum statuit Canonicum. Montis Maioris Parochus postea Servus Dei factus est quoque.

Anno 1802 Servus Dei Pius VII Archidioecesim Montis Regalis in pristinum restituit, quae ab Augusto eius Praedecessore Archidioecesi Panor-

mitanae erat iuncta. Duabus diebus post Rex Ferdinandus III Siciliae, pro illius temporis consuetudine, Archiepiscopum Montis Regalis Servum Dei deputavit, qui autem die 13 mensis Iunii eiusdem anni est consecratus. Ecclesiae illud fuit arduum spatium, quo tunc quibusdam aberrationibus doctrinae, difficilioribus cum Regni auctoritatibus negotiis, societatis reique publicae fermentis quidem laborabatur. Per triennium fere Servus Dei Archidioecesim rexit.

Propter interiorem vitam, quam constanti ac fervida precatione alebat, Servus Dei ad totius sui semper, sine parsimonia, maioris sui fratrumque boni consequendi causa, offerendi propositum pervenit. Soliditate sui moralis habitus et praeceptorum, "sanctus Alphonsus Siciliae" est nuncupatus. Peculiaris Societatis Iesu institutio humilitatem et oboedientiam eius informavit. Penitentiam agere solebat atque simplicem sobriumque vivendi modum servavit. Haud communi mansuetudine ac fortitudine diuturnorum itinerum incommoda suscipiebat, tamquam acrimoniam quorum adversarios habuit. Omnis qui ei incurrit, sicuti viro magnae fidei, spe sustento, caritate impulso, singularibus donis natura vel divina gratia ornato de eo est locutus.

Suum industriosum tempus terrenum die 18 mensis Aprilis anno 1805 hausit. Postrema verba eius ad omnibus ignoscendum, qui eum ipsum adflixerant, fuere. Ab anno 1926 exuviae eius, mox in Cathedrali Montis Regalis conditae, in Montis Maioris basilica Sanctae Catharinae Virginis et Martyris iaciunt. Si iam viventem populus sanctum duxerat eum, quam maxime haec sanctitatis fama post mortem eius crevit et hodie quoque vive permanet.

Quamobrem Servi Dei Causa Beatificationis et Canonizationis est incepta. Inter annum 1931 et annum 1991 Cephalaedii et Monte Regali processus inquisitionesque super eius vita, virtutibus ac sanctitatis fama sunt habiti. Denique a die 17 mensis Aprilis anno 2005 ad diem 26 mensis Martii anno 2006 apud Curiam ecclesiasticam Cephaludensem Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius iuridica validitate ab hac Congregatione de Causis Sanctorum per decretum diei 30 mensis Maii anno 2008 est agnita. Positio est tum exarata et Consultorum Historicorum iudicio die 15 mensis Martii anno 2007 subiecta. Inde, consuetas secundum normas, disceptatum est an Servus Dei christianas virtutes heroico gradu excoluisset. Die 25 mensis Februarii anno 2020 Peculiaris Consultorum Theologorum Congressus faustum exi-

tum habuit. Patres Cardinales et Episcopi, diei 2 mensis Martii anno 2021 Ordinaria in Sessione congregati, Servum Dei theologales, cardinales iisque adnexas virtutes heroum in modum exercuisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia iisque adnexis in gradu heroico Servi Dei Mercurii Mariae Teresi, Archiepiscopi Montis Regalis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 17 mensis Martii a. D. 2021.

Marcellus Card. Semeraro
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Fabius Fabene
Archiep. tit. Faliscodunensis, *a Secretis*

MATRITENSIS

Beatificationis seu Declarationis Martyrii Servorum Dei Vincentii Nicasii Renuncio Toribio et XI Sociorum e Congregatione Sanctissimi Redemptoris († 1936)

DECRETUM SUPER MARTYRIO

«Magnificis exemplis virtutis consideratis, quae sancti martyres suae occisionis tempore praebuere, (...) in Deum fidere discimus, omne studium ad fidem nostram usque conferre, quia in martyrum constantia necnon eorum vi tormentis et morte forti animo ac laetitia superandis, potentia Dei mirabiliter refulget» (Sanctus Alphonsus Maria de' Liguori).

Cruenta religionis persecutione ineunte, quae in Hispania inter annum 1936 et annum 1939 habita est, duodecim religiosi Alphonsianae familiae, quorum sex presbyteri et sex fratres coadiutores, sunt interfecti. Matritensibus communitatibus erant Perpetui Succursus et Sancti Michaëlis Archangeli. Itaque oblata vita non tantum Congregationem suam illustraverunt, sed etiam fidei caritatisque in Christum Redemptorem exemplum quidem imitandum Ecclesiae praebuerunt.

Servi Dei autem sunt:

1. Vincentius Nicasius Renuncio Toribio. In loco v.d. *Villayuda*, prope Burgum, die 11 mensis Septembris anno 1876 ortum duxit. Professionem emisit anno 1895 et anno 1901 presbyter est ordinatus. Actionem missionariam navavit atque seminarii minoris alumnorum institutionem. Praefectus erat Sanctuarii Perpetui Succursus Matriti. Persecutione incepta, in carcerem est ductus et retentus duos fere menses. Occisus est die 7 mensis Novembris anno 1936. Cum ex cella eveheretur, exclamare auditus est: "Vitam pono pro fratribus meis Hispaniae, cuncta pro Congregatione proque Hispania miseranda".

2. Crescentius Severus Ortiz Blanco. Pampelonae est natus die 10 mensis Martii anno 1881. Votis anno 1900 nuncupatis, presbyter factus est anno 1905. Missiones ad populum industria praedicans necnon philosophiam docens, Austurgensi, Concensi, Valentiana et Barcinonensi in communitatibus

vixit. Matritum vix pervenerat, cum die 20 mensis Iulii anno 1936 captus est et interfectus.

3. Angelus Martínez Miquélez. In Navarrae urbe v.d. *Funes* die 2 mensis Martii anno 1907 est ortus. Anno 1925 inter religiosos Congregationis Sanctissimi Redemptoris professionem emisit atque Ordine presbyteratus auctus est anno 1930. Docendo ac apostolato missionario agendo plurimis in communitatibus se tradidit. Die 20 mensis Iulii anno 1936 a militibus est necatus.

4. Bernardus (in religione: Gabriel) Sáiz Gutiérrez. Die 23 mensis Iulii anno 1896 in loco v.d. *Melgosa de Burgos* natus est. Congregationis Sanctissimi Redemptoris vestem induit anno 1919 insequentique vota nuncupavit. Religiosus eximius continenti sedulitate ac oratione, Pampelonae Matritique ad officium culinarium se semper contulit. Martyrium passus est die 20 mensis Iulii anno 1936.

5. Nicesius Pérez del Palomar Quincoces. In Alavae vico v.d. *Tuesta* ortum duxit die 2 mensis Aprilis 1859. Professionem anno 1891 emisit. Firmam fortemque naturam habebat, fide interiorisque vitae cura roborata. Diversis in communitatibus quas habitavit, lignarii, agricolae, apiarii, structoris, carpentariique functus est munere. Aetate provectus necnon fere caecitate affectus, die 14 mensis Augusti anno 1936 prehensus est ac, duo post diebus, interfectus.

6. Gregorius Zugasti Fernández de Esquide. Natus est in vico v.d. *Murillo de Yerri* in Navarra die 12 mensis Martii anno 1884. Anno 1912 votis nuncupatis, Matriti semper vixit apud communitatem Perpetui Succursus, ad officinam librariam instituti opus praestans. Pius, fidus et oboediens religiosus aestimatus, evangelicam suam caritatem ostendit cum seniorem fratrem Servum Dei Nicesium Pérez del Palomar Quincoces non derelinqueret atque, una cum eo, martyrium pateretur die 16 mensis Augusti anno 1936.

7. Anicetus Lizasoain Lizaso. Die 17 mensis Aprilis anno 1877 ortus est in Navarrae pago v.d. *Irañeta*. Congregationis Sanctissimi Redemptoris

professus ab anno 1896, plurimis in communitatibus moratus est ac, praeter quasdam res domesticas, munere sacristae, hostiarii et oeconomi est functus. Proditus, die 18 mensis Augusti anno 1936 captus est et necatus.

8. Iosephus Maria Urruchi Ortiz. Die 17 mensis Februarii anno 1909 in loco v.d. *Miranda de Ebro*, non longe a Burgo, est natus. Post professionem anno 1926 emissam, constantia ac labore summo studia perrexit, ita ut anno 1932 presbyter ordinaretur. In oppidis v.d. *Nava del Rey*, *Coruña*, *Cuenca* et *Vigo* vixit, deinde ad Matritum pervenit. Quadam inquisitione acta, die 22 mensis Augusti anno 1936 prehensus est nocturno tempore et interfectus. Septem et viginti annos natus, istorum Servorum Dei maxime erat iuvenis.

9. Iosephus Ioachimus (in religione: Paschalis) Erviti Insausti. Die 15 mensis Novembris anno 1902 in vico v.d. *Imotz* Navarrae ortum duxit. Intra communitatem Perpetui Succursus auxilium laboris dabat in coquinis. Prudens, pius ac certae fidei, postremum spatium in constanti oratione degit. Cadaver eius in via ad Vandalitiam est inventum die 22 mensis Augusti anno 1936.

10. Antonius Girón González. In oppido v.d. *Ponferrada*, intra provinciae Legionensis fines, natus est die 11 mensis Decembris anno 1871. Haud communibus intellectus dotibus ac alta interiore vita ornatus, officium magistri et formatoris navavit atque provicialis consultor fuit. Usque ad finem, rosario assidue recitans, devotionem suam in Virginem patefecit. Die 30 mensis Augusti anno 1936 a militibus compertus, est occisus.

11. Donatus Jiménez Bibiano. Die 21 mensis Martii anno 1873 ortus est in loco v.d. *Alaejos*, inter Vallisoletum et Salmanticam. Votis anno 1893 nuncupatis, presbyter ordinatus est anno 1899. Superioris munere communitatum quas habitavit fere semper functus est atque missionariae actioni vocationibusque fovendis se tradidit. In carcerem ductus est et necatus probabiliter nocturno tempore diei 17 mensis Septembris anno 1936.

12. Raphaël (in religione: Maximus) Perea Pinedo. In vico v.d. *Villalba de Losa*, Burgi in provincia, die 24 mensis Octobris anno 1903 est natus. Professione emissa anno 1926, in Asturgensi, Santanderensi et ultimo Matritensi communitatibus vixit. Benignus et laetus natura, ministerii spiritu largus, munere hostiarii, sacristae, oeconomi et coqui est functus. Captus et interfectus est die 2 mensis Novembris anno 1936.

Illius temporis persecutio vera fuit vis communis et ad artem redacta in odium fidei et in odium Ecclesiae, sicut iniuriae a militibus perpetratae erga sacras aedes et religiosorum domos testificantur. Persaeve ipsi agebant eo quod coram hominibus Deo consecratis, virtuosis religiosis caritate plenis adessent. Servi Dei autem sui vitae status illo atrocitatum tempore pericula noverant atque Providentiae voluntatique Domini omnino se commiserunt. Post obitum eorum, intra Congregationem Sanctissimi Redemptoris ad testimonia de ipsorum vita et martyrio colligenda nulla interposita mora perventum est, cum omnes cuorem eorum ob fidem in Christum et in Ecclesiam effusum putarent.

Hac ipsa fama, quod Servorum Dei Causa beatificationis seu declarationis martyrii inciperetur oportere habitum est. Apud Curiam ecclesiasticam Matritensem Inquisitio dioecesana est celebrata a die 19 mensis Septembris anno 2006 ad diem 27 mensis Novembris anno 2007. Cuius iuridica de validitate haec Congregatio de Causis Sanctorum decretum edidit die 24 mensis Martii anno 2010. Positio inde est confecta atque sub iudicio Consultorum Historicorum die 29 mensis Ianuarii anno 2019 posita. Postea disceptatum est, consuetas secundum normas, an Servorum Dei verum fuisset martyrium. Peculiaris Consultorum Theologorum Congressus votum adfirmativum die 24 mensis Septembris anno 2020 protulit. Patres Cardinales et Episcopi, die 10 mensis Aprilis anno 2021 Ordinaria in Sessione congregati, Servos Dei in odium fidei interfectos esse sunt professi.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die

declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servorum Dei Vincentii Nicasii Renuncio Toribio et XI Sociorum, e Congregatione Sanctissimi Redemptoris, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 24 mensis Aprilis a. D. 2021.

Marcellus Card. Semeraro
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Fabius Fabene
Archiep. tit. Faliscodunensis, *a Secretis*

PANORMITANA

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Petri Marcellini Corradini Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, Fundatoris Congregationis Sororum Colleginarum Sacrae Familiae (1658-1743)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Caritas Christi urget nos» (*2 Cor* 5, 14).

Servus Dei Petrus Marcellinus Corradini suum sanctitatis iter perfecit ut pastor providus, amicitia Dei caritateque plenus. Evangelio oboediens tacitaeque conscientiae suae voci, ministerium diligentia exercuit, pauperes defendit ac tuitus est Ecclesiae libertatem. Sic imago Christi, Ecclesiae Sponsi et Boni hominum Pastoris, est factus.

Servus Dei Setiae natus est die 2 mensis Iunii anno 1658. Insequenti die Baptisma suscepit atque Venerabilis Serva Dei Catharina Savelli commater ei fuit, bene virtutibus suis quoddamque "oratorium domesticum" ad puellas educandas condidisse nota. Cum doctoris gradum in utroque iure apud Romanum Sapientiae Archigymnasium adeptus esset, Cardinalis Benedicti Pamphilj auditor factus est ac auxilium laboris Curiae Romanae praestare incepit. Sacerdotali vocatione dein percepta, omnia de suis bonis paternis iura recusavit ac die 10 mensis Iunii anno 1702 presbyteratu est auctus. Causas, a Sancta Sede sibi commissas, competenter et diligenter expediebat, adeo ut Summi Pontificis Clementis XI gratiam iniret. Qui die 7 mensis Novembris anno 1707 Archiepiscopum Atheniensiem in partibus infidelium elegit eum atque die 18 mensis Maii anno 1712 Cardinalem creavit. Sancti Ioannis ante Portam Latinam ad annum 1726 titulum habuit, postea Sanctae Mariae trans Tiberim.

Suburbicariae dioecesis Tusculanae Episcopus die 15 mensis Decembris anno 1734 renuntiatus, episcopalem pastorali Concilii Tridentini caritate inspiratum habitum praeoptavit. Ecclesiam suam dilexit, formationem cleri religiosorumque fidelitatem in eorum charisma provexit, dioecesim identidem visitavit normasque manavit pro vero animarum bono. Vires impendit ad scientiam promovendam ac praesertim ad humillimas sortes adiuvandas. Inter maxima quae perfecit, valetudinarium Romae Sancti Gallicani, cuius protector nominatus est, atque Congregatio Colleginarum Sacrae Familiae ad

instituendas erudiendasque populi puellas, cuius prima domus Setiae anno 1717 est aperta, annumerantur. Protectoris munere aliquot religiosorum ordinum piorumque locorum functus est quoque, sicuti coenobiorum Cassinensis et Sublacensis. Congregationem Passionis Iesu agnoscendam fovit, ut sanctus Paulus a Cruce propositum a Deo praeceptum complere posset.

In conclavi anni 1730 Imperatoris Austriae vetum ad electionem suam humilitate accepit atque in conclavi anni 1740 ipse electionem renuit suam ob senectutem Ecclesiaeque necessitudinem. Paulo post, vita eius Romae consummata est die 8 mensis Februarii anno 1743 et in ecclesia Sanctae Mariae trans Tiberim est sepultus.

Servus Dei ex interiori vita pro Ecclesia Regnoque Dei zelum trahebat: amator Christi, ad ministerium fidei Evangeliumque nuntiandum vitam tradidit. Fervida precatio eum virum Dei reddebat ac devotio erga Virginem Mariam, quam libenter in templo tituli sibi commissi trans Tiberim invocare solebat, ut virtutum exercitio continenter cresceret, iuvit. Caritate, cuius praecepto, perseverantia iustitiaeque dilectione semper fidelis mansit, eminuit. Populi Dei pastor, mansuetudine ac fortitudine uti valuit. Religiosorum protector suarumque Sororum fundator praesertim, prudentiae, sedulitatis ac temperantiae fuit exemplum. Eius virtutum fama numquam evanuit, in primis per Colleginarum Sacrae Familiae opus et divulgatio, quae ab eo non tantum sui cursus habuerunt initium sed et validissimum sui charismatis inflatum.

Claram propter sanctitatis famam, qua circumdatur, Servi Dei Causa beatificationis et canonizationis est instructa. Apud Curiam ecclesiasticam Panormitanam Inquisitio dioecesana die 19 mensis Maii anno 1993 est incepta ac die 17 mensis Octobris anno 1999 peracta, atque de eius iuridica validitate haec Congregatio de Causis Sanctorum fauste locuta est per decretum diei 16 mensis Martii anno 2001. Positione confecta necnon die 20 mensis Martii anno 2018 Consultorum Historicum iudicio subiecta, inde disceptatum est an Servus Dei virtutes christianas heroico in gradu exco-luisset. Die 3 mensis Martii anno 2020 Peculiaris Consultorum Theologorum Congressus positivum habuit exitum. Patres Cardinales et Episcopi, diei 20 mensis Aprilis anno 2021 Ordinaria in Sessione, Servum Dei professi sunt heroico modo exercuisse theologales, cardinales iisque adnexas virtutes.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota

Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia iisque adnexis in gradu heroico Servi Dei Petri Marcellini Corradini, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, Fundatoris Congregationis Sororum Colleginarum Sacrae Familiae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 24 mensis Aprilis a. D. 2021.

Marcellus Card. Semeraro
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Fabius Fabene
Archiep. tit. Faliscodunensis, *a Secretis*

ROMANA

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Emmanuelis Stablum, Religiosi professi Congregationis Filiorum Immaculatae Conceptionis (1895-1950)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Samaritanus quidam iter faciens, venit secus eum et videns eum misericordia motus est, et appropians alligavit vulnera eius infundens oleum et vinum; et imponens illum in iumentum suum duxit in stabulum et curam eius egit» (*Lc* 10, 33-34).

Verbis Evangelii ductus, Servus Dei Emmanuel Stablum ministerium apostolicum plane complevit, et animas et corpora curans: ipse, uti medicus ac idem religiosus, industriosae caritatis excellente testimonium pro tempore nostro reliquit.

Servus Dei die 10 mensis Iunii anno 1895 ortus est Tertiolasii, Tridentina in provincia. Tredecim annos natus, dum ad extremum annum Scholae Popularis se applicaret, ob casum patre est orbatus. Maximus natu e fratribus, insequenti aestate matrem adiuvit opere faciendo. Anno 1910, vidua matre consentiente, adfirmative Deo respondit, eum ad vitam religiosam vocanti, ac postulans ingressus est inter Filios Immaculatae Conceptionis. Sibi religiosam vestem induxit et die 15 mensis Augusti anno 1913 vota nuncupavit. Cum philosophiam theologiamque disceret, adiutabilibus et institutoriis Congregationis operibus applicatus est Canturii, Mediolani et Romae. Capitulum Generale anni 1920, iuxta Congregationis charisma, proprios valetudinarios condi censuit necnon aliquos religiosos mitti ad medicinam discendam. Itaque Servus Dei electus est ut primus futurus Congregationis medicus fieret. Penitus oboediente animo superiorum designationem accepit ac Romae, Mediolani et ultimo Neapoli medicinae studuit. Quo loco doctoris gradum anno 1930 adeptus est.

Opus Romae apud valetudinarium Filiorum Immaculatae Conceptionis inchoavit, cui ipse postea nomen dedit “Institutum Dermopathologicum Immaculatae”. Compendiatum nomen, quo institutum designabatur, scilicet “IDI”, secundum Servum Dei paulinam hortationem, “Induimini Dominum Iesum” (*Rm* 13,14), memorare debebat. Eidemque instituto ab anno 1936 praefuit. Valetudinarium quidem per eum progressum est scientia, religione

ac societate promovenda. Operi medici magnam pauperum egenorumque navitatem coniunxit, annis praesertim secundi totius mundi belli. Consociationi Medicorum Catholicorum Italiae instituendae adiumentum praebuit. Communitatis superior, fratres ad consilium admiscere atque continuam eorum formationem curare praecipue valuit. Mense Septembri anno 1947 Vicarius Generalis Congregationis declaratus est atque duos annos communitates, in una tantum provincia tunc constitutas, visitavit.

Servi Dei exemplum fidei caritatisque continuationem perspicue patefacit. Actu fidei et caritatis in Deum diem incipere et claudere cupiebat, qua causa haud communi fervore in oratione morabatur. Missae intererat summa pietate ac perinde Communionem sumebat. Ut pro voluntate Dei ambulare posset, intercessionem Virginis Mariae assidue quaerebat. Cum munere medicorum praesidis religiosorumque antistitis fungeretur, prudens, callidus fuit et temperans. Honestus et pauper vestitu, pecuniam perquam raro secum ferebat. Aegrotantes modestia et humilitate adibat, quorum spem et consolationem excitare valebat. Intellegentia sua ac peritia, sed maxime virtutibus, magni existimabatur et probabatur valde.

Anno 1948 prima gravis oncologici morbis signa in corpore eius comparuerunt. Bis Summi Pontificis Venerabilis Servi Dei Pii XII solacium benedictionis recepit, per sanctum Ioannem Baptistam Montini, dein Paulum VI, illo tempore Secretariae Status Substitutum pro Ordinariis Negotiis. Dilectione religiosorum, matris Palminae propinquorumque suorum circumdatus, Servus Dei die 16 mensis Martii anno 1950 animam Domino reddidit.

Eius sanctitatis fama numquam extincta est. Quapropter, cum Servi Dei Causam beatificationis et canonizationis incipi statutum esset, die 6 mensis Octobris anno 2000 apud Curiam ecclesiasticam Vicariatus Urbis Inquisitioni dioecesanae datum est initium, quae postea die 10 mensis Iunii anno 2005 est peracta. Haec Congregatio de Causis Sanctorum eius iuridicam validitatem per decretum diei 17 mensis Novembris anno 2006 agnovit. Positio ultimo confecta, iudicio Consultorum Historicorum die 9 mensis Octobris anno 2018 est supposita. Inde disceptatum est, consuetas secundum normas, an Servus Dei virtutes christianas in gradu heroico excoluisset. Die 30 mensis Aprilis anno 2020 Consultores Theologi votum positivum protulerunt. Die 13 mensis Aprilis anno 2021 Patres Cardinales et Episcopi, eorum Sessione Ordinaria interveniente, Servum Dei professi sunt heroico more exercuisse theologales, cardinales iisque adnexas virtutes.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia iisque adnexis in gradu heroico Servi Dei Emmanuelis Stablum, Religiosi professi Congregationis Filiorum Immaculatae Conceptionis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 24 mensis Aprilis a. D. 2021.

Marcellus Card. Semeraro
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Fabius Fabene
Archiep. tit. Faliscodunensis, *a Secretis*

BONAËRENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Henrici Ernesti Shaw, Christifidelis laici et Patrisfamilias (1921-1962)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Sine Caritate nihil est perfectum».

Divinae voluntati plane adherens atque sui ipsius oblationem continenter agens, Servus Dei Henricus Ernestus Shaw vocationi ad sanctitatem large respondit ac pro omnibus caritate augere cupientibus factus est exemplum. Sponsus fide praeditus, novem liberorum pater, susceptor bene de rebus domesticis constitutus, Actionis Catholicae Argentinae praeses, Sodalicii Catholici Rectorum Impresarum conditor, Domus Libri Catholici fundator, legum pro operariis inventor, Universitatis Catholicae Argentinae fautor ac plurimarum societatum catholicarum industriosus vir, "excellentiorem viam" (*1Cor* 12, 13) nam semper quaesivit.

Servus Dei Lutetiae Parisiorum ortus est die 26 mensis Februarii anno 1921 Argentina quadam ex familia. Fere tertium annum agens, Bonum Aërem rediit atque anno 1925 matre est orbatus. Primum Collegium Fratrum Scholarum Christianarum, postea Scholam Officialium Copiarum Argentinarum frequentavit, ubi Academicis successibus, disciplinae observantia christianoque testimonio eminebat.

Ioannis Cardinalis Verdier operam v.d. *Manual de Cuestiones Contemporaneas* legens, Ecclesiae sociali doctrina affectus est et verum fidei iter inchoavit. Misericordiae opera laetitia complere exquirebat, ita ut Dei praesentis signum propinquis, amicis sociisque suis fieret. Prudentia et perseverantia nexum inter Evangelium nuntiandum et humanitatem promovendam percepit, cupiditati boni susceptoris exitus sapienter miscens studium ad societatem provehendam.

Rectoris muneribus functus est, usque ad officium Procuratoris negotiorum. Plurimarum fabricarum familiae socius erat Consilii administrationis. Ministros operariosque adiuvit, ut suorum iurium officiorumque essent conscii cavens. Sine satietate pro pace et iustitia operabatur. Meras actiones beneficas fecit atque episcopatum Argentinum ad litteras pastorales collectivas anni 1956 de Pace societatis fovenda ac promovendis operariis

eorumque munere edendas auxilio laboris adiuvit. Numquam ob iacturas fractus est animo, cum prosperitatem saepe invisibilem nec ratiocinandi arti subici posse novisset.

Die 23 mensis Octobris anno 1943 Caeciliam Bunge uxorem duxit, ex qua filios Georgium Henricum, Saram Mariam, Caeciliam Luciam Mariam, Elisabetham Mariam, Ioannem Michaëlem Mariam, Iosephum Mariam Leonem, Mariam Aloisiam, Isabellam Teresiam Mariam et Gabrielem Mariam Emmanuelem habuit. Sub tutela Sanctissimae Virginis Mariae familiam suam posuit, affinitatem roborans etiam rosario cotidie recitando. Fidelitatis sponsus et benignitatis pater fuit exemplum.

Oboediens Ecclesiae filius, opus Evangelii nuntiandi perfecit variis in ecclesialibus consociationibus. Una cum uxore Motui Christiano Familiarum interfuit coetuum Nazareth. Ab anno 1947 socius fuit Actionis Catholicae Argentinae, cuius nationis Praeses factus est virorum. Anno 1958 auxilium laboris praestitit Bonaërensi sodalicio v.d. *Serra Club* erigendo.

Peculiarem Eucharisticam pietatem colebat, quae eius totam imbuebat vitam. Ex qua vim trahebat ad iter perfectionis christianae faciendum, ad opus pro bono in primis egenorum exercedum, ad munus socialis pacis gerendum. Per Eucharistiae dilectionem homines suos cunctos fratres agnoscebat.

Sincero christiano habitu aliquot per annos infirmitatem substulit. Die 27 mensis Augusti anno 1962 Pascham aeternam incepit. Tam in vita valde existimatus, quam in morte memoria eius usque facta est clara sanctitatis fama.

Quapropter Servi Dei Causa beatificationis et canonizationis est instructa. Apud Curiam ecclesiasticam Bonaërensem quadam Inquisitio “ne pereant probationes” habita est inter annos 1999 et 2002. Die 1 mensis Aprilis anno 2005 Georgius Marius Cardinalis Bergoglio, Archiepiscopus Bonaërensis, Inquisitionem dioecesanam instituit, quae ad finem pervenit die 19 mensis Septembris anno 2013. Haec Congregatio de Causis Sanctorum eius iuridicam validitatem agnovit per decretum diei 16 mensis Ianuarii anno 2015. Positione confecta, disceptatum est, consuetas secundum normas, an Servus Dei virtutes christianas heroico in gradu excoluisset. Peculiaris Consultorum Theologorum Congressus die 25 mensis Iunii anno 2019 adfirmativum votum protulit. Patres Cardinales et Episcopi, Ordinaria in Sessione diei 20 mensis Aprilis anno 2021 congregati, Servum Dei theologales, cardinales iisque adnexas virtutes heroico more exercuisse sunt professi.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia iisque adnexis in gradu heroico Servi Dei Henrici Ernesti Shaw, Christifidelis laici et Paterfamilias, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 24 mensis Aprilis a. D. 2021.

Marcellus Card. Semeraro
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Fabius Fabene
Archiep. tit. Faliscodunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

MONTIS LAUREI et GATINENSI

de finium mutatione

DECRETUM

Quo aptius christifidelium pastorali curae consuli possit, Exc.mi PP. DD. Raimundus Poisson, Episcopus Montis Laurei, et Paulus Andreas Durocher, Archiepiscopus Gatinensis, unanimo consensu ab Apostolica Sede expostulaverunt ut circumscriptionum sibi concreditarum fines immutarentur.

Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P.D. Ivani Jurkovič, Archiepiscopi titulo Corbaviensis et in Canada Apostolici Nuntii, ratam huiusmodi immutationem christifidelium bono profuturam, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice, Francisco, Divina Providentia PP., tributarum, oblatis precibus annuere censuit.

Quapropter, hoc Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, a dioecesi Montis Laurei distrahit et archidioecesi Gatinensi adnectit integrum territorium Paroeciarum vulgo nominatarum *L'Assomption-de-Marie, Notre-Dame-du-Très-Saint-Rosaire* et *Saint-Patrick* in municipio vulgo nominato *Maniwaki, Sainte-Marie-de-l'Incarnation* in municipio vulgo nominato *Gracefield* et *Notre-Dame-du-Mont-Carmel* in municipio vulgo nominato *Duhamel*, mutatis, hac ratione, utriusque ecclesiasticae circumscriptionis finibus.

Quamobrem documenta et acta praefati territorii clericos, fideles ac bona temporalia respicientia a Curia Montis Laurei ad Curiam Gatinensem transmittantur.

Ad haec perficienda Congregatio pro Episcopis deputat memoratum Exc.mum Apostolicum Nuntium vel, ipso a sede absente, negotiorum Sanctae Sedis in Canada gestorem, necessarias et opportunas eisdem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congrega-

tionem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 20 mensis Maii anno 2022.

MARCUS Card. OUELLET
Praefectus

✠ ILSON DE JESUS MONTANARI
a Secretis

L. ✠ S.

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Franciscus PP., per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit Praesules:

die 7 Maii 2022. — Episcopali Ecclesiae Civitatis Castelli, unitae in persona Episcopi Ecclesiae Eugubinae, Exc.mum P.D. Lucianum Paolucci Bedini, Episcopum Eugubinum.

— Suburbicariae Ecclesiae Veliternae - Signinae Exc.mum P.D. Stephanum Russo, Episcopum emeritum Fabrianensem - Mathelicensem, hactenus Conferentiae Episcoporum Italiae Secretarium Generalem, quem proinde a vinculo huius Officii absolvit.

— Episcopali Ecclesiae Neocastrensi R.D. Seraphinum Parisi, e clero archidioecesis Crotonensis - Sanctae Severinae, hactenus Parochum et Studii Biblici Dioecesani Directorem.

die 9 Maii. — Titulari Episcopali Ecclesiae Serteitanae R.D. Michaëlem G. Woost, e clero Clevelandensi, ibique hactenus Professori Theologiae in Seminario Maiori Sanctae Mariae, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 13 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Pragensi Exc.mum P.D. Ioannem Graubner, hactenus Archiepiscopum Metropolitam Olomucensem.

die 17 Maii. — Titulari Episcopali Ecclesiae Bavagalianensi R.D. Bertillum Ioannem Morsch, e clero archidioecesis Sanctae Mariae, ibique hactenus Vicarium Generalem et Ecclesiae Cathedralis Parochum, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Portalegrensis in Brasilia.

die 18 Maii. — Episcopali Ecclesiae Cimbotiensi R.D. Angelum Ernestum Zapata Bances, O.C.D, hactenus Curionem paroeciae vulgo “San José” in archidioecesi Limana.

die 21 Maii. — Titulari Episcopali Ecclesiae Masclianensi R.D. Fabianum González Balsa, e clero Bonaërensi, Parochum in Rivogallaecensi dioecesi.

die 23 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Detroitensi Exc.mum P.D. Paulum Fitzpatricium Russel, Archiepiscopum titularem Novensem in Dalmatia,

hactenus Apostolicum Nuntium, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis, eidem servans titulum archiepiscopalem Novensem in Dalmatia.

die 24 Maii 2022. — Episcopali Ecclesiae Sancti Augustini R.D. Ericum Thomam Pohlmeier, e clero dioecesis Petriculanae, ibidemque hactenus Officiorum pro Formatione Permanenti Clericorum et pro Formatione Diaconorum necnon pro Catechesi Moderatorem atque Curionem paroeciae Christi Regis in oppido Petriculano.

die 26 Maii. — Episcopali Ecclesiae Brunensi Exc.mum P.D. Paulum Konzbul, hactenus Episcopum titularem Lutomislensem et Auxiliarem dioecesis Brunensis.

die 27 Maii. — Titulari Episcopali Ecclesiae Aquensi in Mauretania R.D. Balthasarem Reina, e clero archidioecesis Agrigentinae, iam ibique Rectorem Seminarii Archiepiscopalis, quem deputavit Urbis Auxiliarem.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Medelitanae R.D. Richardum Lamba, e clero Romano, hactenus in Urbe Curionem paroeciae Sancti Pontiani, quem deputavit Urbis Auxiliarem.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Titulanae in Proconsulari R.D. Danielem Salera, e clero Romano, hactenus in Urbe Curionem paroeciae Sancti Frumentii, quem deputavit Urbis Auxiliarem.

die 1 Iunii. — Episcopali Ecclesiae Sancti Hieronymi Terraebonae - Montis Laurei, noviter erectae, Exc.mum P.D. Raimundum Poisson, hactenus Episcopum Sancti Hieronymi Terraebonae simulque Montis Laurei.

die 2 Iunii. — Episcopali Ecclesiae Vinonaënsi - Roffensi Exc.mum P.D. Robertum Barron, hactenus Episcopum Titularem Macrianensem in Mauretania et Auxiliarem archidioecesis Angelorum in California.

die 3 Iunii. — Titulari Episcopali Ecclesiae Glavinitzensi R.D. Gustavum Adolfum Rosales Escobar, e clero Conchensi in Aequatore, Seminarii Maioris Rectorem, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Guayaquilensis.

CONGREGATIO PRO INSTITUTIS VITAE CONSECRATAE ET SOCIETATIBUS VITAE APOSTOLICAE

RESCRIPTUM «EX AUDIENTIA SS.MI»

De derogatione can. 588 §2 CIC.

Il Santo Padre Francesco, nell'Udienza dell'11 febbraio u.s. ai sottoscritti Cardinale Prefetto e Arcivescovo Segretario ha concesso alla Congregazione per gli Istituti di vita consacrata e le Società di vita apostolica la facoltà di autorizzare, discrezionalmente e nei singoli casi, ai sodali non chierici il conferimento dell'ufficio di Superiore maggiore in Istituti religiosi clericali di diritto pontificio e nelle Società di vita apostolica clericali di diritto pontificio della Chiesa latina e da essa dipendenti, in deroga al can. 588 §2 CIC e al diritto proprio dell'Istituto di vita consacrata o della Società di vita apostolica, fermo restando il can. 134 §1.

1. Il *sodale non chierico* di un Istituto di vita consacrata o Società di vita apostolica clericale di diritto pontificio è ***nominato*** Superiore locale dal Moderatore supremo con il consenso del suo Consiglio.

2. Il *sodale non chierico* di un Istituto di vita consacrata o di una Società di vita apostolica clericale di diritto pontificio è ***nominato*** Superiore maggiore, dopo aver ottenuto licenza scritta della Congregazione per gli Istituti di vita consacrata e le Società di vita apostolica su istanza del Moderatore supremo con il consenso del Consiglio.

3. Il *sodale non chierico* di un Istituto di vita consacrata o di una Società di vita apostolica clericale di Diritto Pontificio ***eletto*** Moderatore supremo o Superiore maggiore, secondo le modalità previste dal diritto proprio, necessita della conferma – mediante licenza scritta – della Congregazione per gli Istituti di vita consacrata e le Società di vita apostolica.

4. Nei casi previsti ai §§2-3 la Congregazione per gli Istituti di vita consacrata e le Società di vita apostolica si riserva di valutare il singolo caso e le motivazioni addotte dal Moderatore supremo o dal Capitolo generale.

Il Santo Padre ha altresì ordinato che il presente Rescritto sia pubblicato su *L'Osservatore Romano*, e successivamente nel commentario ufficiale degli *Acta Apostolicae Sedis*, entrando in vigore in data odierna.

Dal Vaticano, 18 maggio 2022

João Braz Card. de Aviz
Prefetto

✠ José Rodríguez Carballo, O.F.M.
Arcivescovo Segretario

ACTA TRIBUNALIUM

PAENITENTIARIA APOSTOLICA

Indulgentia conceditur occasione II Diei Mundialis Avorum et Senum.

DECRETUM

Paenitentiaria Apostolica, ad augendam fidelium religionem animarumque salutem, vi facultatum sibi a Summo Pontifice Francisco Divina Providentia Papa tributarum, attentis precibus nuper allatis ab Em.mo Domino Coëmgeno Iosepho S.R.E. Card. Farrell, Praefecto Dicasterii pro Laicis, Familia et Vita, occasione Secundi Mundialis Avorum et Senum Diei, quarta die Dominica mensis Iulii a Summo Pontifice iam instituti, de caelestibus Ecclesiae thesauris benigne concedit *plenariam Indulgentiam*, suetis sub condicionibus (sacramentali Confessione, eucharistica Communione et oratione ad mentem Summi Pontificis) ab avis, senibus omnibusque christifidelibus vere paenitentibus atque caritate compulsis lucrandam, quam etiam animabus fidelium in Purgatorio detentis per modum suffragii applicare possint si, occasione Secundi Mundialis Avorum et Senum Diei, sollemni interfuerint celebrationi cui SS.mus Pater Franciscus in Papali Basilica Vaticana praesidebit, vel varias participaverint functiones quae totum per orbem terrarum peragentur.

Hoc Misericordiae Tribunal insuper *plenariam* concedit Indulgentiam a fidelibus ipso die lucrandam si, congruo tempore destinato, realiter vel per communicationis instrumenta senes inviserint fratres qui in necessitatibus difficultatibusve versantur (ut aegroti, deserti, inhabiles hisque similes).

Infirmi senes omnesque qui gravi causa domo exire nequeunt, pariter *plenariam* consequi poterunt *Indulgentiam*, concepta detestatione cuiusque peccati et intentione praestandi, ubi primum licuerit, tres consuetas condiciones, si sacris functionibus Mundialis Diei se spiritaliter adiunxerint, praesertim dum Summi Pontificis verba et celebrationes per communicatio-

nis instrumenta propagabuntur, precibus doloribusque suis vel incommodis propriae vitae misericordi Deo oblatis.

Quo igitur accessus, ad divinam veniam per Ecclesiae claves consequendam, facilior pro pastorali caritate evadat, haec Paenitentiaria enixe rogat ut sacerdotes, opportunis facultatibus ad confessiones excipiendas praediti, prompto et generoso animo, celebrationi Paenitentiae sese praebeant.

Praesenti pro Secundo Mundiali Avorum et Senum Die valituro. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae, ex aedibus Paenitentiariae Apostolicae, die XXX *mensis Maii, anno Dominicae Incarnationis* MMXXII.

Maurus Card. Piacenza
Paenitentiarius Maior

Christophorus Nykiel
Regens

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sua Santità il Papa Francesco ha ricevuto in udienza in occasione della presentazione delle Lettere Credenziali:

Giovedì, 19 maggio, S.E. il Sig. Aamir Shouket, Ambasciatore del Pakistan;

Giovedì, 19 maggio, S.E. il Sig. Omar Saif Saeed Ghobash, Ambasciatore degli Emirati Arabi Uniti;

Giovedì, 19 maggio, S.E. la Sig.ra Appolonie Nibona, Ambasciatore del Burundi;

Giovedì, 19 maggio, S.E. Sheikh Mohammed bin Yousef bin Jassim Jabor Al-Thani, Ambasciatore del Qatar;

Lunedì, 30 maggio, S.E. la Sig.ra Teresa Susana Subieta Serrano, Ambasciatore dello Stato Plurinazionale di Bolivia;

Venerdì, 3 giugno, S.E. il Sig. Rigobert Itoua, Ambasciatore della Repubblica del Congo.

Il Romano Pontefice ha altresì ricevuto in Udienza:

Lunedì, 23 maggio, S.E. il Sig. Dimitar Kovachevski, Presidente del Governo della Repubblica di Macedonia del Nord;

Lunedì, 23 maggio, S.E. il Sig. Kiril Petkov, Primo Ministro della Repubblica di Bulgaria;

Lunedì, 30 maggio, S.E. il Sig. Mukhtar Tileuberdi, Vice Primo Ministro e Ministro degli Esteri del Kazakhstan.

Il Santo Padre si è recato presso la Pontificia Università Urbaniana, dove ha incontrato i giovani di *Scholas Occurrentes* e dialogato con gli studenti della Scuola *Laudato si'* provenienti da diversi Paesi, il giorno 19 maggio; si è recato nella Basilica di Santa Maria Maggiore a Roma dove, a conclusione del mese mariano, ha presieduto la recita del Santo Rosario per la Pace davanti alla statua di Maria *Regina Pacis*, il giorno 31 maggio.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Francesco ha nominato:

13 maggio 2022 S.E.R. Mons. Luciano Suriani, Arcivescovo tit. di Amiterno, finora Nunzio Apostolico in Serbia, *Nunzio Apostolico in Bulgaria.*

14 » » S.E.R. Mons. Dagoberto Campos Salas, Arcivescovo tit. di Forontoniana, finora Nunzio Apostolico in Liberia, Gambia e Sierra Leone, *Nunzio Apostolico in Panamá.*

21 » » S.E.R. Mons. Luciano Suriani, Arcivescovo tit. di Amiterno, Nunzio Apostolico in Bulgaria, *Nunzio Apostolico in Macedonia del Nord.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Francesco ha nominato o confermato:

14 marzo 2022 I Rev.di Sacerdoti: Matthias Ambros, Professore presso la Facoltà di Diritto Canonico della Pontificia Università Gregoriana a Roma (Italia); Davide Cito, Vice Rettore della Pontificia Università della Santa Croce a Roma; Mario Ángel Flores Ramos, già Rettore della *Universidad Pontificia de México*; Andrea Stabellini, Professore presso la Facoltà di Teologia di Lugano (Svizzera); Philippe Vallin, Professore presso la Facoltà di Teologia Cattolica dell'*Université de Strasbourg* (Francia); il Rev.do Signore Mauro Mantovani, S.D.B., Decano della Facoltà di Filosofia della Università Pontificia Salesiana a Roma; i Rev.di Padri: Salvatore Currò, C.S.I., Direttore dell'Istituto di Teologia Pastorale della Università Pontificia Salesiana a Roma; Youssef Nasr, B.S., Segretario Generale delle Scuole Cattoliche del Libano; José V.C. Quilongquilong, S.I., Rettore della *Loyola House of Studies* dell'*Ateneo de Manila University* (Filippine); Enrique Sanz Giménez-Rico, S.I., Rettore della *Universidad Pontificia Comillas* a Madrid (Spagna); le Rev.de Suore: María Luisa Berzosa González, F.I., Direttrice del Movimento *Fe y Alegría* in Spagna; Martha Séïde, F.M.A., Professore presso la Pontificia Facoltà di Scienze dell'Educazione "*Auxilium*" della Università Pontificia Salesiana a Roma; i Ch.mi Professori: Franco Anelli, Rettore dell'Università Cattolica del Sacro Cuore a Milano (Italia); José María Del Corral, Direttore mondiale della Fondazione Pontificia *Scholas*

Occurrentes; Isabel Capeloa Gil, Rettore dell'*Universidade Católica Portuguesa* a Lisbona (Portogallo) e Presidente della Federazione Internazionale delle Università Cattoliche; Marianne Evans Mount, Presidente della *Catholic Distance University* a Charleston (Stati Uniti d'America); Jean-Paul Niyigena, Professore presso l'*Université Catholique du Rwanda;* Enrique Palmeyro, Direttore mondiale della Fondazione Pontificia *Scholas Occurrentes*; Guy Selderslagh, Segretario Generale dell'*European Committee for Catholic Education*, *Consultori della Congregazione per l'Educazione Cattolica «ad quinquennium»*.

14 marzo 2022 La Ch.ma Prof.ssa Emilce Cuda, Segretario della Pontificia Commissione per l'America Latina, *Membro della Pontificia Accademia per la Vita «ad quinquennium»*.

L'Em.mo Card. Willem Jacobus Eijk; gli Ecc.mi Mons.ri: Fernando Natalio Chomalí Garib; Anthony Colin Fisher, O.P.; Noël Simard; il Rev.do Mons. Luño Ángel Rodríguez; i Rev.di: Maurizio Chiodi; Roberto Colombo; Aníbal Gil Lopes; i Rev.di Padri: Tomi Thomas, I.M.S.; Simporé Jacques Koudoubi, M.I.; gli Ill.mi Prof.ri: Nigel Biggar; Jokin De Irala Estévez; Abdel Messih Shehata Farag Mounir; Rodrigo Guerra López; Ignatius John Keown; Kostantinos Kornarakis; Jean-Marie Le Méné; Manfred Lütz; Adriano Pessina; Alejandro César Serani Merlo; Avraham Steinberg; William F. Sullivan; Daniel Sulmasy; Fernando Fishel Szlajen; Marie-Jo Thiel; Angelo Luigi Vescovi; Alberto Villani; Shinya Yamanaka; e le Ill.me Prof.sse: Etsuko Akiba; Katarina Le Blanc; Mónica López Barahona, *Membri della medesima Pontificia Accademia per la Vita «in aliud quinquennium»*.

Gli Ill.mi Prof.ri: Ivan Luts; Anne-Marie Pelletier; René Zamora Marín, *Membri della medesima Pontificia Accademia per la Vita «usque ad octogesimum annum aetatis»*.

3 maggio » Gli Em.mi Sig.ri Card.li: Luis Antonio G. Tagle, Prefetto della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli; Orani João Tempesta, O. Cist., Arcivescovo di São Sebastião do Rio de Janeiro (Brasile); Charles Maung Bo, S.D.B., Arcivescovo di Yangon (Myanmar); Daniel Fernando Sturla Berhouet, S.D.B., Arcivescovo di Montevideo (Uruguay); Blase Joseph Cupich, Arcivescovo di Chicago (Stati Uniti d'America); Cristóbal López Romero, S.D.B., Arcivescovo di Rabat (Marocco); Kevin Joseph Farrell, Prefetto del Dicastero per i Laici, la Famiglia e la Vita; Konrad

Krajewski, Elemosiniere di Sua Santità; Mario Grech, Segretario Generale del Sinodo dei Vescovi; Marcello Semeraro, Prefetto della Congregazione delle Cause dei Santi; gli Ecc.mi Mons.ri: Lazzaro You Heung-sik, Prefetto della Congregazione per il Clero; Filippo Iannone, O. Carm., Presidente del Pontificio Consiglio per i Testi Legislativi; Ilson de Jesus Montanari, Segretario della Congregazione per i Vescovi; Jean Legrez, O.P., Arcivescovo di Albi (Francia); Jaime Spengler, O.F.M., Arcivescovo di Porto Alegre (Brasile); Jorge Carlos Patrón Wong, Arcivescovo di Jalapa (Messico); Mario Iceta Gavicagogeascoa, Arcivescovo di Burgos (Spagna); David Douglas Crosby, O.M.I., Vescovo di Hamilton (Canada); Edmar Perón, Vescovo di Paranaguá (Brasile); Hugh Gilbert, O.S.B., Vescovo di Aberdeen (Gran Bretagna), *Membri della Congregazione per il Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti «ad quinquennium».*

L'Em.mo Sig. Card. Celestino Aós Braco, O.F.M. Cap., Arcivescovo di Santiago de Chile (Cile), e l'Ecc.mo Mons. Joseph Augustine Di Noia, O.P., Segretario Aggiunto della Congregazione per la Dottrina della Fede, *Membri della medesima Congregazione per il Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti «usque ad octogesimum annum aetatis».*

24 maggio 2022 L'Em.mo Sig. Card. Matteo Maria Zuppi, Arcivescovo di Bologna, a norma dell'Art. 26 § 1 dello Statuto della Conferenza Episcopale Italiana, *Presidente della medesima Conferenza Episcopale Italiana «ad quinquennium».*

NECROLOGIO

10	maggio	2022	Mons. Robert Henry Brom, Vescovo em. di San Diego (*Stati Uniti d'America*).
»	»	»	Mons. Peter Wu Junwei, Vescovo Prefetto Apostolico di Xinjiang [Kiangchow] (*Cina Continentale*).
12	»	»	Mons. Luis Albeiro Cortés Rendón, Vescovo tit. di Fidoloma, Ausiliare di Pereira (*Colombia*).
14	»	»	Mons. Francesco Zerrillo, Vescovo em. di Lucera-Troia (*Italia*).
15	»	»	Mons. Martin Munyanyi, Vescovo em. di Gweru (*Zimbabwe*).
18	»	»	Mons. Fernando Guimarães Kevanu, Vescovo em. di Ondjiva (*Angola*).
21	»	»	Mons. Emil Aloysius Wcela, Vescovo tit. di Filaca, già Ausiliare di Rockville Centre (*Stati Uniti d'America*).
25	»	»	Mons. Luis Guillermo Eichhorn, Vescovo em. di Morón (*Argentina*).
27	»	»	Sua Em.za il Sig. Card. Angelo Sodano, del Titolo della Chiesa Suburbicaria di Albano e in commendam del Titolo di S. Maria Nuova, Segretario di Stato emerito, Decano em. del Collegio Cardinalizio.
28	»	»	Mons. Ernesto Vecchi, Vescovo tit. di Lemellefa, già Ausiliare di Bologna (*Italia*).
31	»	»	Mons. Gregory Ebo Kpiebaya, Arcivescovo em. di Tamale (*Ghana*).
1	giugno	»	Mons. Paulo Antonino Mascarenhas Roxo, O. Praem., Vescovo em. di Mogi das Cruzes (*Brasile*).